T. LIVI AB URBE CONDITA LIBRORVM CXLII PERIOCHAE. IVLII OVSEQVENTIS...

Livy, Otto Jahn


1837
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

T. LIVI

AB VRBE CONDITA LIBRORVM CXLII

PERIOCHAE.

IVLII OBSEQVENTIS

AB ANNO VRBIS CONDITAE DV

PRODIGIORVM LIBER.

RECENSVIT ET EMENDAVIT

OTTO IAHN.

LIPSIAE

TYPIS ET SVMPTIBVS BREITKOPFII ET HAERTELII.

MDCCCLIII.

PRAEFATIO.

Cum Florum editurus codicem Nazarianum Heidelberga nactus essem, Liuii, librorum argumenta quae Flori epitomen excipiunt, ab eodem saeculi noni librario scripta deprehendi. ab eis qui haec argumenta ediderunt non nisi recentissimos codices eosque satis neglegenter adhibitos esse bene gnarus libelli ad res Romanas cognoscendas utilissimi ad ueterem illum codicem recensendi quasi quoddam officium mihi iniunctum uidi, si quid inde utilitatis litterae antiquae capere possent.

Editae sunt Liuii epitomae, ut uulgo inscribuntur, siue, ut olim uocabantur, epitomata primum in editione Liuii Romana principe (*a*), quae cum hic desideraretur, Berolini meum in usum Carolus Schubartus et Conradus Bursianus, auditores olim mei, accuratissime contulerunt. qui hanc editionem curauit codice admodum recenti et deprauato, quales plerique omnes ab aliis adhibiti sunt, ita usus est, ut ludibrium potius quam artem exercuisse uideatur. neque enim eos tantum locos, quos iure aut iniuria corruptos putauit, summa cum licentia tractauit, uerum etiam ubi nulla nouandi causa erat uerbis transponendis demendis addendis mutandis tanta temeritate grassatus est, ut eum non codicis cuiusdam a ceteris diuersi hodieque ignoti uestigia secutum esse sed puerili

libidini indulsisse apertum sit. ita quorundam uerborum amator aliorum osor semper fere *minime, saepenumero, tantummodo, huiusmodi, inimicus, uniuersus* reposuit, ubi scriptum erat *non, saepe, tantum, talis, hostis, totus*; omnibus locis *maximus* scripsit, ubi ceteri codices *magnus, ingens, inmensus* seruant; uno *perimendi* uerbo contentus, cum etiam *interficere* et *occidere* codices exhibeant. ita *multos* semper dixit, *plures* uel *plurimos* contempsit, *aduersus* autem ita euitauit, ut aut *contra* aut certe *aduersum* reponeret. intolerabilis est uerbis *quidem* et *omnino* ubique ineptissime inserendis, et quae similia sunt, per se leuissima, sed certissimo argumento editoris licentiam neque uero codicis cuiusdam uestigia in eis conspici. sed cum editio Romana insequentium fundamentum esset, factum quidem est ut haud paucis locis interpolatae lectiones ab hoc uel illo editore corrigerentur, uerum quia nemo prorsus relicta editione Romana ad codicum auctoritatem reuersus est, multa et fide destituta nec per se probanda remanserunt. Wilhelmus Weissenbornius solus, quantum quidem licuit, constanter et perite codices secutus est; at cum codicum recentiorum neque accurate conlatorum tantum scripturis, quales Drakenborchius proposuit, uti posset, prudens consilium perficere non potuit.

Primus qui post editorem Romanum salutarem hisce epitomis operam nauaret — nam singula quaedam et plerumque leuiora singuli fere editores emendarunt — Carolus Sigonius fuit, qui non solum rerum Romanarum cognitione egregia adiutus permulta uitia emendauit, sed e codice uetere, quem adhibuit, haud paucas editionis principis interpolationes remouit. quamquam uereor, ut ubique satis accurate discreuerit, quid in libro suo lectum fuerit et quid coniectura inuenerit; qua in re uel praestantissimos eius temporis uiros neglegentiores inuenimus. Sigonio unus committi potest Ioannes Fredericus Gronouius, qui eximium ingenium sermonis atque rerum subtili scientia ex-

politum, quod omnes in eo admiramur, etiam in hoc libello felicissimis emendationibus saepissime restituto egregie conprobauit. codicibus is quidem usus est Gudianis duobus Barberino atque Vossiano, uerum recentioribus omnibus, quos non nisi quibusdam locis inspexit. qui praeterea ab Hearnio et Drakenborchio adhibiti sunt libri manu scripti, eorum paullo quidem accuratius enotatae sunt scripturae, quamquam uel hi saepe incertum dimittunt lectorem, sed nullus aut antiquitate aut probitate in pretio esse meretur, si eum excipias, cuius excerpta a Pithoeo facta Hearnius adhibuit, de quibus statim dicam. Hearnius igitur praeterea codicem Oxoniensem noui collegii atque Noruicensem Ioannis Mori, Drakenborchius uero quattuor Vossianos Leidensem Louelianum Bergianum atque Boendermakerianum — quem nescio quo consilio Alschefskius ducem sibi elegit — in usum suum uertit. ego ut accurate scirem quid quoque loco in uno certe huius generis codice scriptum extaret, unde de toto genere certius iudicari posset, codicem Guelferbytanum (175, olim Gudianum 4), in recensendo libello adhibui, quod mihi per insignem Schoenemanni humanitatem licuit. hic liber foliis 142 membranaceis quadratis librarii cuiusdam Italici manu eleganti saeculo xv scriptus est et praeter Liuii librorum argumenta inde a folio 63 Flori epitomen continet, non minus mendosus atque interpolatus quam reliqui, quos modo commemoraui.

Omnibus hisce libris et antiquitate et integritate praestat codex bibliothecae Heidelbergensis (894), olim ecclesiae beati Nazarii in Laurissa, quem cum Salmasio Nazarianum nominare solemus. (*N*). scriptus est saeculo nono in membranis quadratis satis bene, sed uersus finem minoribus quam initio litteris, quas librarius minus certa atque firma manu pinxit. periochas praecedit usque ad fol. 62 Flori epitome. hunc librum accurate quantum fieri potuit a me conlatum ita fundamentum uerborum scriptoris constituendorum esse uolui, ut numquam nisi monito lectore

ab eo recederem. quem etiam in rebus orthographicis secutus sum, ut pauca tamen adnotanda potius quam recipienda ducerem. uerum nolui singulis locis admonere ubicumque *e* et *ae* commutauerit librarius, et quod aliquando contra consuetudinem *aliquot* neque uero *aliquod* scripsit, atque consultius duxi semel hic monere nusquam fere scriptum extare *ei*, *eis*, sed *hi*, *his*. neque necessarium putaui, cum saepissime librarius si quid peccatum erat ipse correxerit, uitia eius adnotare, nisi ubi aliquem usum habere posset utramque scripturam cognitam habere. hoc igitur codice adhibito effectum esse puto, ut longe certius de singularum lectionum auctoritate iudicium ferri et, quod inde pendet, corruptarum emendatio temptari possit. reliqui enim codices, quotquot noti sunt, e libro quodam originem ducunt, qui Nazariano toto genere similis eoque adeo hic illic integrior fuit, ut inde aperte perspicitur, quod paruae quaedam lacunae, quibus Nazarianus foedatus est, in ceteris codicibus expletae sunt, et quibusdam locis quae hic deprauata exhibet emendata leguntur in reliquis, ita quidem ut non tam coniectura correcta quam ex integro exemplo deriuata esse uideantur. at uero tantum abest, ut hi codices librum illum antiquum aliqua cum fide repraesentent, ut singuli fere suos interpolatores passi sint tanta licentia grassantes, ut omnibus conlatis quid quoque loco antiquitus traditum sit constitui non possit. id ipsum praestitit Nazarianus, atque ea potius re meritum eius quam nouarum lectionum copia et specie continetur. eius sane codicis, cuius lectiones a P. Pithoeo exscriptas Hearnius adhibuit, tam arta cum Nazariano cognatio est, ut dubius haeream utrum ab eo diuersus sit necne, tanta non solum bonarum lectionum sed eiusmodi corruptelarum, quales casu quodam, neque facile eodem casu bis oriuntur, consensus est. sed cum non omnes huius libri lectiones adnotatae et praeterea, ut fit, alia quaedam aut ex aliis codicibus ducta aut coniectura inuenta admixta sint, excerptorum Pithoeanorum in re

critica nullus certus usus est. quare cum Nazariani auctoritatem ubi cum eo consentiunt non confirment, ubi dissentiunt propriam tueri nequeant, singulis eorum testimoniis conligendis apparatum criticum speciose augere nolui. multo minus singulorum codicum interpolationes recensere consultum duxi, sed cum totum genus indicasse sufficeret, ς notam adhibui, qua unum uel plures uel omnes eiusmodi libros significarem, ut nemini iam mirum accidere debeat, si eodem loco diuersas lectiones eodem ς notatas reperiet. hac uia uel eam ob causam incedendum mihi fuit, quod priorum editorum nullus tam accurate codicum suorum lectiones adscripsit, ut ex silentio tuto conligi posset. quod mihi maxime ex codice Guelferbytano (*g*) patuit, cuius quibusdam locis lectiones commemoraui partim per se memorabiles, partim quibus admonerem, quid in aliis libris, de quibus nihil adnotatum inueniebam, extare uideretur. tum adscripsi quaecumque in editione Romana (*r*) aliter leguntur atque ego scripsi, ut certo constaret quo fonte uulgata lectio deriuata et quousque interpolandi licentia progressa sit. huius editionis lectiones haud raro addito ς cum codicibus consentire significandum mihi fuit, ubi editores dissensum adnotare neglexisse persuasum quidem habeo, uerum horum fidem eam ob rem adtemptare nolui mihi adrogare. et profecto, si ad uerum uenimus, tantundem est, utrum in scripto an impresso libro aperta deprehendatur interpolatio.

Nazariani igitur codicis lectionibus accurate consideratis si paullo rectius constituere scriptoris uerba licebat, multum abest tamen quominus ad integritatem restituta uideri possint. haud pauci sane errores uirorum doctorum sollertia sublati sunt, quorum emendationes sicubi certas putaui measque, si quando ipse uerum mihi inuenisse uisus sum, inter uerba scriptoris recipere non dubitaui; quae ueri speciem non habebant raro commemoraui et eis fere locis adscripsi, quibus quid desideraretur potuis significari po-

tuit quam quid olim scriptum esset. tot locos corruptos restare codicum tam Nazariani quam eius, e quo ceteri deducti sunt, iniqua condicione efficitur. ubicumque certam corruptelae sedem demonstrari posse putaui, crucis signo eam notaui — quod nescio quo modo p. 53, 9 neglectum est, ubi *Orfitiani* nomen corruptum esse patet, quid probabiliter reponendum sit non item — quod monendum duxi, ne quis omnia a me sana haberi credat, quae sine cruce praetermisi. longe pluribus locis asteriscis lacunas indicare licuit, maximam partem antea non adnotatas, quae nisi certissime expleri potuerunt significare quam incerta codicum interpolatorum supplementa exhibere malui. ab eo autem criticae genere fere abstinendum mihi putaui, quo non tam ex codicum indiciis quam ex historicorum argumentorum ponderatione uerba scriptoris emendantur. ita enim uerendum erat ne ipsius potius scriptoris quam librarii errores corrigerentur. quare eis locis, ubi argumenta cum ipso Liuio dissident, hanc discrepantiam adnotare satis habui, cum pateat eum qui haec excerpsit non satis constanti diligentia officio suo functum esse, qua de re prudenter disseruit Perizonius animaduersionum historicarum capite VIIII. accedit quod quibusdam locis alia legisse uideri potest atque nunc Liuii codices habent; talia autem seruanda neque uero premenda sunt. unum genus est in quo paullo plus mihi licere putaui, praenominum dico, quae quanta neglegentia a librariis descripta sint dici uix potest. ceterum ubi grauioris erroris suspectus est epitomator aut accurata inuestigatione opus est ut clarum fiat uerumne tradat necne, meum esse putaui id quod traditum est repraesentare, ut habeant historici, unde tamquam a certo fundamento ad uerum inueniendum proficiscantur.

De indole huius libelli rectissime statuit Niebuhrius, cuius uerba ut in praelectionibus academicis de historia Romana (I p. 58) edita sunt adscripsi. '*Es existirt ein altes Inhaltsverzeichniss aller Bücher des Liuius, woran nur*

zwei, 136 *und* 137, *fehlen*, *eine Art Register für die, welche in dem grossen Werk etwas suchen wollten; sie sind vielleicht nur zusammengetragene Lemmata, die am Rande aufgeschrieben waren. Diese Epitome trägt den Namen des Florus ganz unpassend, der Verfasser ist unbekannt und es ist gewiss nur das Werk eines Abschreibers. Uns aber ist sie unschätzbar, denn vieles ist nur in ihr erhalten.*' quibus quodam modo corrigere uidetur quod alio loco (hist. Rom. III, p. 614) hunc epitomatorem, quem rerum antiquarum haud inperitum uocat, eiusdem fere cum Liuio aetatis fuisse dixit, quod sane haud uerisimile est. Niebuhrii sententiam de consilio horum argumentorum firmat codex Nazarianus qui non uulgarem *epitomarum* sed *periocharum* titulum subscriptum habet. extant Ausonii periochae Homeri et C. Sulpicii Apollinaris periochae Terentii, hae quidem uersibus conscriptae, unde disci potest periocharum nomine singulorum librorum argumenta, quibus quid quisque liber contineat quam breuissime adnotetur, significari, quas Graeci ὑποθέσεις dicere solent; eos tamen altero quoque periocharum nomine usos esse, Suidas docet qui Homerum Sellium περιοχὰς τῶν Μενάνδρου δραμάτων scripsisse tradit, cuius me Godofredus Bernhardyus opportune admonuit. quamquam quod Hesychius Suidas etymologicum Gudianum p. 462, 41 περιοχή inter alia uocabulo ὑπόθεσις explicant, uidentur ad locum qui in actis apostolorum 8, 32 legitur ἡ δὲ περιοχὴ τῆς γραφῆς, ἣν ἀνεγίνωσκεν, ἦν αὕτη respexisse. quando et a quo hae periochae scriptae sint sciri nequit. Floro adscriptae sunt, quia eius epitomae ut cognati argumenti libello coniungi solebant. initio ipsis Liuii libris sine dubio addebantur quo lectorum commodo consuleretur, ut Plinium et Gellium capitum indices simili consilio libris suis praemisisse scimus. uidentur autem in fine adscripti fuisse neque uero in principio, cum nullus inter antiquos primae decadis libros eas exhibeat. postea ubi epitomae et libri abbreuiati potissimum legebantur, etiam hae

periochae aut seorsim describebantur aut cum aliis eiusdem generis libris coniunctae, omnium quidem maxime cum Floro, ut in codicibus Nazariano Guelferbytano Vossianis tribus, cum Aurelio Victore in codice Boendermakeriano. denique in libris quibusdam recentissimis, ut Vossiano primo Loucliano Oxoniensi, rursus Liuio praepositae sunt.

Videntur autem hae periochae primum quam breuissimum rerum praecipuarum quoque libro narratarum indicem exhibuisse, cui postea, ut fit, alii alia addiderunt prout memoratu digna uidebantur. hoc quomodo factum sit insigni exemplo libri primi constat. breuissimum enim rerum narratarum indicem excipiunt diuersa eiusdem libri excerpta a diuersis hominibus adscripta, quae ita ut in codicibus leguntur edenda curaui, non ut inde ab editione Romana interpolata et in ordinem digesta exhibentur. similiter aliis quoque libris a diuersis hominibus quaedam addita esse haud raro inpeditior sermonis iunctura suspicionem facit, de quibusdam locis certius iudicium ferri potest. etenim quod p. 28, 8. 40, 11. 44, 6. 105, 6 quaedam in codicibus non suo loco posita leguntur, id inde factum esse patet, quod postea demum in margine addita ab aliquo, qui haec quoque memoratu digna censebat, falso loco interposita sunt. et p. 51, 9. 58, 3 Africani cognomen ceteris nominibus inaudito more interiectum quis dubitat quin ab aliquo margini adscriptum sit, qui Scipionem eis locis commemoratum eundem cum Africano esse monendum duxerit? quamquam si quis haec ad librarium potius quam ad attentum aliquem Liuii lectorem referre malit, equidem non repugnabo. huius enim generis adnotationem esse, quae p. 25,12 in Nazariano legitur '*quod subito et nimio quis gaudio moriatur*' patet, quare eam recipere nolui. et cum in eodem codice p. 70, 20 legatur *maritimos praedones id est piratas*, in ceteris tantum *maritimos praedones*, apertum est in antiquiore codice uerbo *piratas* adscriptum fuisse *i. maritimos praedones*, quae uerba sola in eum codicem transscripta sunt,

ex quo interpolati originem duxerunt. dittographiae potius speciem habet quod p. 83, 25 legitur *prima* iuxta *plurima*, mutatum deinde in *praemia*, sed explicandi causa quamuis ineptissime addita sunt p. 52, 1 *et si gustaret*, p. 64, 2 *tradentes*. paullo diuersi generis sunt et ad illud quod modo tractauimus additamentorum genus pertinent duo loci p. 68, 22. 102, 5. nam quae in priore iam praeter sensum addita leguntur uerba *Romae interfectum* docere uidentur, scriptum fuisse ab alio *propter Massiuam Romae interfectum*, ab alio *propter caedem admissam in — Massiuam*. altero autem simili ratione additum est *et caesus*, quod mihi documento fuisse uidetur olim breuiter indicatum fuisse: *cum Brutus — relictus a legionibus suis profugisset, caesus est*, de cuius morte cum alter paullo accuratius narrasset, iam utraque narratio confusa in libris nostris extat. haec ratio satis confirmatur duobus locis qui p. 83, 6. 88, 21 leguntur. postquam enim altero C. Marii filii mors, altero legionum seditio breuiter commemorata est, accuratior de eadem re narratio adiecta est, praemisso, ne quis de additamento dubitet, *id est*. quod ipsum quamquam p. 27, 3 non adscriptum est, apertum tamen esse puto uerba *nucibus per Vulturnum amnem a Romanis missis uixerunt* a secunda manu adiecta esse. atque cum aliqua ueri specie quis suspicetur ea quae p. 54, 21. 89, 7 addita sunt ab alio quodam adscripta esse, cui breuiter narrata latius explicare placuerit. neque desunt loci ubi eius generis additamenta praepostere in ordinem uerborum intrusa hunc turbarunt, ut p. 56, 8 cum ad uerba *tres liberos* aliquis eorum nomina adscripsisset et de maximo natu addidisset eum Graecis litteris eruditum fuisse, haec omnia de margine inter ipsa periochae uerba confuso ordine relata sunt. similiter in loco misere turbato p. 35, 20 hoc tamen patet, adscripsisse aliquem temporum notam ab urbe condita ductam, cuius disiecta membra iam scriptoris uerbis inserta leguntur.

Haec igitur praeter eius mentem, qui primus periochas

concinnauit, quin postea addita sint non dubitauerim. a quibus si discesseris, ea quae restant e duabus quasi partibus conposita esse haud difficile est uidere. etenim praeter breuissimam rerum quas singuli libri continent memorabilium enumerationem quaedam, si cum illarum inconposita nuditate conparaueris, haud inconcinne narratae fabulae accedunt, quibus maximam partem insignia Romanae uirtutis aut uitiorum quasi exempla et uero quaedam cum acumine dicta referuntur. cuius generis quae potissimum adnotanda putaui leguntur p. 7, 22. 22, 22. 38, 15. 40, 23. 42, 26. 53, 9. 55, 19. 59, 19. 60, 11. 62, 11. 69, 24. 71, 1. 72, 15. 76, 24. 78, 1. 84, 8. 98, 3. quae omnia ab alia manu breuibus illis periochis adiecta esse non ausim adfirmare, uerum perspexisse mihi uideor omnia ea ita conparata esse, ut ex rhetoricae disciplinae usu adnotata et exscripta esse probabile sit. satis notum est, eos qui arti oratoriae operam dabant in scriptoribus legendis si quid uel laude uel uituperio dignum uel quacumque de causa memorabile inuenirent nota in margine adposita significasse (quode monui in prolegomenis Persio praemissis p. CLXXX), unde postea locos excerpere solebant, quibus in exercenda arte uterentur. ita Fronto Antonino imperatori (II, 5. p. 160) scribit '*memini me excerpsisse ex Ciceronis epistulis ea dumtaxat quibus inesset aliqua de eloquentia uel philosophia uel de re p. disputatio. praeterea si quid eleganti aut uerbo notabili dictum uideretur excerpsi. quae in usu meo ad manum erant excerpta misi tibi.*' iam uero Liuium e rhetorica disciplina profectum hos in usus diligenter lectum atque excerptum esse per se liceret suspicari, nisi Senecae patris testimonio constaret, quo in honore Liuii libri in rhetorum scholis habiti essent, cf. suas. 7. p. 43. 45. 47. contr. IV, 25 p. 312. et habemus Plinii exemplum, qui in epistula ad Tacitum missa (VI, 20, 5) '*posco librum T. Liuii*' ait '*et quasi per otium lego atque etiam, ut coeperam, excerpo*'. ita huius generis excerpta periochis in-

serta puto; qua re explicatur, quod haud semel orationes praeclarae (p. 42, 11. 54, 3; 9. 64, 16. 89, 13) et epistulae (p. 89, 6) adnotantur, quas ex historicorum libris excerptas et descriptas esse Sallustii et Nepotis exemplo constat.

Qui factum sit ut ultimorum librorum periochae prioribus longe breuiores et aridiores legantur, utrum eius qui Liuii libros excerpsit an librarii qui periochas descripsit ad finem properantis neglegentiae tribuendum sit, diiudicari nequit. casu quodam librorum CXXXVI et CXXXVII periochas excidisse, postquam Sigonius e codice suo adnotauit, nemini dubium fuit et nunc Nazariani quoque libri auctoritate confirmatum est. sed quod Franciscus Ritterus in annalium ab antiquariis Rhenanis editarum fasciculo XVII p. 6 suspicatus est, etiam in fine quorundam a Liuio scriptorum librorum periochas periisse, non satis firmis argumentis niti uidetur. eo certe non confirmatur, quod Liuius libros inde ab centesimo uigesimo primo omnes post excessum Augusti edidisse dicitur, id quod iam Nazariani codicis testimonio constat: intra paucos igitur annos — nam ipse anno decimo septimo p. Chr. n. mortuus est — tantum librorum numerum etiamsi non scripsit tamen editioni parauit, ut eum sine grauissima causa augere nemo facile in animum inducat. praeter hanc rem, cuius notitiam codici Nazariano debemus, alterum est quod iam eiusdem auctoritate confirmatum et extra dubium positum est. etenim cum in scholiis ad Lucani X, 521 (cf. 519. 471) Liuius in libro quarto ciuilis belli narrasse tradatur quae ex libro CXII desumpta esse facile perspici potuit, nunc optimi codicis testimonio Liuium inde a libro CVIIII usque ad CXVI re uera ciuilis belli librorum octo inscriptione usum fuisse edocti sumus.

Liuii periochis quasi quoddam supplementum Iulii Obsequentis prodigiorum libellum addidi. Aldus, qui hunc primus cum C. Plinii Secundi epistulis et panegyrico, eiusdem ut ferebatur de uiris illustribus libro et Suetonii de

claris grammaticis et rhetoribus libellis Venetiis anno MDVIII edidit, in epistula ad Aloisium Mocenicum praemissa de eo nihil retulit nisi Iucundum suum iucundissimum dono sibi dedisse. hic unde codicem uel acceperit uel descripserit aeque ignotum est atque quid de eo libro postea factum sit; nemo enim umquam codicem huius libelli manu scriptum uidit. nam Marcus Velserus qui in epistula ad Ioannem Meursium, inter Gudianas a Burmanno editas c p. 186, ita scripsit '*amicorum meorum quidam nescio quid in Iulium Obsequentem molitur, cuius nullum adhuc exemplar manuscriptum paulo antiquius nanscisci potuit*' — is igitur, ut recte Oudendorpius monuit, minus accurate locutus est. totum Aldi uolumen Florentiae opera et sumptu Philippi Iuntae anno MDXV et Venetiis cura Asulani anno MDXVIII non nisi paucissimis mutatis repetitum est. Beatus uero Rhenanus qui Plinii de uiris illustribus, Suetonii de claris grammaticis et rhetoribus, Iulii Obsequentis de prodigiis libros Argentorati a. MDXIIII et MDXXI edit, 'Aldini exemplaris foeturam non adulteram sed legitimam' a se propositam ipse praedicauit. eidem libri ex officina Roberti Stephani Parisiis a. MDXXVIIII. MDXXXVI. MDXXXVIIII. MDXXXXIIII prodierunt, qui et ipse et pauca et leuiora fere emendauit. neque editiones Basileenses a. MDXXI. MDXXX. MDXXXXII, Antuerpienses a. MDXXXII. MDXXXXII, Lugdunensis Gryphii a. MDXXXVIIII ad restituendum scriptorem quicquam contulerunt. qui primus Obsequentis librum solum edidit Conradus Lycosthenes Basileae apud Ioannem Oporinum a. MDLII — quam editionem repetiit Ioannes Tornaesius Lugduni a. MDLIII. MDLXXXVIIII — supplementis quidem scriptorem onerauit, sed pauca eorum quibus scatet uitia sustulit. eum secutus Ioannes Schefferus in editione, quam Amstelodami a. MDCLXXVIIII curauit, primus artem criticam adhibuit, et quamquam multa minus feliciter temptauit, haud pauca egregie emendando aut explicando restituit. sed Thomas Hearnius, qui cum Eutropii breuiario

Obsequentis libellum Oxonii a. MDCCIII edidit, inutili sedulitate antiquarum editionum uarias scripturas adscripsisse contentus pauca tantum in nominibus fere mutauit. his accessit Franciscus Oudendorpius, qui in editione Lugduni Batauorum a. MDCCXX uulgata praeter multas ab ipso inuentas egregias emendationes Scaligeri Heinsii Perizonii Cuperi Burmanni coniecturis usus corruptissimo libello quantum nemo praeter eum contulit. eius editionem Kappius Curiae Regnitianae a. MDCCLXXII paucis additis quae parui momenti sunt, Kappianam C. B. Hasius post Valerium Maximum Parisiis a. MDCCCXXIII repetiuerunt. inter eos qui post Oudendorpium huic libello restituendo operam dederunt, Heumannum in actis eruditorum Lipsiensium a. MDCCXXI p. 118 sqq., Wopkensium in obseruationibus miscellaneis VIII p. 261 sqq., Kappium in siluis Cratyli p. 108 sqq., Wopkensius solus perpauca haud infeliciter temptauit.

Quae cum ita sint ad Aldinam mihi redeundum esse intellexi, a qua ubicumque discedendum putaui, quid in ea legeretur indicaui *a* nota adhibita, nisi quod quaedam, quae ad orthographiam spectant, quoniam ea ab Aldo licenter administrata esse uidi, tacite mutaui. in hoc uero scriptore critica arte tractando semper fere anceps et parum tutum iudicium est. primum enim scriptor tam infans est, tam nullo stilo utitur, ut normam qua quis utatur nullam praebeat. deinde libellus eius turpiter mutilatus atque corruptus ad nos peruenit et, quod pessimum est, Iucundus Veronensis, cuius in tractandis scriptoribus antiquis licentiam satis cognitam habemus, et Aldus quin codicis lectiones mutauerint, quantum quidem leui opera fieri potuit, dubium esse nequit. quo factum est, ut quid illo libro traditum sit nusquam satis certo constet. itaque eis locis, quibus emendatio tantum non certa inuenta esse uidebatur, recipere eam non dubitaui, ut iam paullo minus inpeditam huius libri lectionem fecisse uidear; ceterum adnotandis tam meis quam aliorum conaminibus ut in re incerta minus

peperci, quamquam nescio an critico officio longe maxime crucibus et asteriscis adscribendis functus sim. omnium maxime nomina propria deprauata esse consentaneum est, et praenomina quantopere corrupta sint dici uix potest, quamquam horum fere satis certa emendatio esse solet. praeterquam quod singula uerba uitiose descripta sunt lacunis multis miserum in modum deturpatus est libellus. et initio eum mutilatum esse indicio est titulus ab Aldo propositus '*Iulii Obsequentis ab anno urbis conditae quingentesimo quinto prodigiorum liber imperfectus*'. quem cum excogitare non potuerit Aldus, nisi quod inperfectum librum esse ipse addidit, in fine codicis subscriptum inuenerit necesse est. quo cum edoceamur Obsequentem prodigia inde ab a. u. c. DV obseruata conposuisse, apparet periisse omnia prodigia, quae ab eo inde anno usque ad a. u. c. DLXIIII enumerauit. haec et si quae alia prodigia omissa uidebantur ex aliorum scriptorum testimoniis disposuit Conradus Lycosthenes et Obsequenti addidit, quae ut prorsus inutilia eo magis omittenda ratus sum, quod homines ceteroquin haud indiligentes hisce supplementis deceptos esse uidi; addidi tamen numeros capitum, quales Lycosthenes posuerat, quibus in citando hoc libro uiri docti uti solent. in ipso opere nihil frequentius est quam consulum nomina excidisse, credo quia olim extra ordinem adscripta erant, cf. p. 112, 10. 119, 20. 120, 10. 121, 4. 126, 5. 131, 13; 20. 133, 9. 134, 6; 22. haec plerumque satis certo inseri potuerant, sed cum raro affirmari liceret nihil praeter ea nomina excidisse, lacunam indicare et consulum nomina subnotare satis habui. alias turbas consulum nomina p. 133, 23 dederunt, ubi C. Antonii procos. mentio *M. Cicerone C. Antonio coss.* procreauit, totum enuntiatum uero loco motum est; qua confusione loci corruptela certius etiam demonstratur. p. 134, 10 facile perspici potest Domitios consules, quorum alter Gneii alter Lucii praenomine usus est, librarium in errorem induxisse, quamquam quo modo olim scriptum sit

certo inueniri iam non potest. at p. 113, 17 post *C. Claudio* librarium statim ad sequentium consulum alterum omissis quae interiecta erant transiluisse patet. neque prorsus immunem a sciolorum additamentis hunc libellum mansisse demonstrant exempla, quae mihi quidem satis certa esse uidentur, p. 113, 8. 120, 17. 137, 6. etiam p. 117, 19 quae ex antecedente capite repetita leguntur librarii neglegentiae tribuere malim quam cum Perizonio (anim. hist. 8 p. 324) statuere, Obsequentem ubicumque eadem prodigia paruo temporis spatio interiecto iterantur neglegenter bis narrasse, quae semel acciderant.

Iulius Obsequens quis fuerit et quando uixerit nullo testimonio constat neque ullo probabili argumento, quantum equidem uideo, suspicari licet. prodigiorum libello nihil contineri quod non ex Liuii libris excerptum sit, diu inter uiros doctos constat et nuper conlatis Cassio Dione atque Orosio, qui et ipsi Liuio usi sunt, accuratius a Wilmansio de Dionis Cassii fontibus p. 14 sqq. et Moernero de Orosii uita p. 139 sq. demonstratum est. quare lectorum commodo inseruire me putaui, si quantum fieri licuit ipsius Liuii, sin minus eorum scriptorum uerba, qui Liuio usi sunt, Valerii Maximi Plinii Orosii Augustini Plutarchi Cassii Dionis cum Obsequentis excerptis conponerem.

Ceterum ne quid neglegerem quod ad hunc libellum recte aestimandum faceret, Theodorum Mommsenium precibus adii, ut si quid de eo adnotatum haberet, mecum communicaret. optimi ergo amici epistulam, qua de prodigiorum ab Obsequente relatorum ratione ad me rescripsit, praefationi subiungendam putaui.

Dabam Lipsiae exeunte Maio anni MDCCCLIII.

THEODORI MOMMSENII

EPISTVLA.

Quod ea quae de Romanorum prodigiis notatu digna inuenerim tecum communicari cupis, equidem libens tibi satisfaciam. quamquam enim eis qui in hanc rem accuratius inquisiuerunt uix noui quicquam a me prolatum iri putauerim, tamen ad has laceras magni Liuiani operis reliquias recte aestimandas et in usum uertendas haud inepte hic potissimum monebitur, ea prodigia, quae publice Romam nuntiari et per sacerdotes Romanos expiari fas erat, in agro publico obseruata fuisse neque ullam aliam ob causam publice procurata esse, nisi quod rei publicae eius agri quem possidebat expiandi officium incumbebat, haud secus atque priuati portenti procurationem quiuis priuatus in se suscipere debebat (Liu. v, 15). haec ita esse Liuii uerba aperte demonstrant (xxxxiii, 13) *duo non suscepta prodigia sunt, alterum, quod in loco priuato factum esset — palmam enatam impluuio suo T. Marcius Figulus nuntiabat —, alterum, quod in loco peregrino: Fregellis in domo L. Atrei hasta arsisse dicebatur*; cum eodem tempore publica prodigia procurata esse narret. quid quod Constantinus imperator a. cccxxii hunc in modum rescripsit (cod. Theod. xvi, 10, 1): *si quid de palatio nostro aut ceteris operibus publicis degu-*

statum fulgore esse constiterit, retento more ueteris obseruantiae quid portendat ab haruspicibus requiratur. quo pertinet quod Liuius (XXXXV, 16) cum ait *Calatiae in publico agro M. Valerius ciuis Romanus nuntiabat e foco suo sanguinem manasse*, addit *in publico agro*, quia facile quis hoc in agro priuato accidisse suspicari posset. unde apparet in corrupto Obsequentis loco p. 120, 14 *in Graecostasi* scribendum, neque uero quod traditum est *in agro Cortasi* ita emendandum esse, ut hominis priuati nomen reponatur. illud uero uix opus est monere, quae modo obseruata sunt eis prodigiis non adhibenda esse, quae ad mythica tempora pertinent; neque quemquam fallet, miracula quaedam, quae prodigiorum naturam referre uidebantur, ab annalium scriptoribus narrata esse, quamquam ea aut omnino aut certe publice non procurabantur. quodsi Aetnae incendium aut insula Lipara mota procurata esse inuenimus (p. 118, 6. 119, 5. 121, 9), ea re nihil aliud probatur nisi terrore commotos Romanos fecisse, quod ut facerent iure non cogebantur. neque uero si Obsequens de lacus Fucini (p. 118, 13) Padique (p. 124, 5) inundationibus, de Regii incendio (p. 118, 22) et Cyrenis peste uastatis (p. 121, 20) refert, inde colligere licet haec publica fuisse prodigia. et mihi quidem ueri simile uidetur, Obsequentem simili atque Orosius ratione excerpta sua eum in finem conposuisse, ut christianorum temporum felicitatem ethnicorum inmanibus prodigiis inlustraret. porro neque id mirum accidere potest praeter prodigia publica ab annalium scriptoribus miracula cuiuscumque generis relata esse, quae hominum mentes in se conuertebant et fortasse per legatos Romam nuntiabantur. ita inter ea quae Liuius XXIIII, 10 post pugnam Cannensem narrat distinguere licet prodigia nuntiata et uulgaria miracula, quorum quod in Sicilia accidisse traditur, publice certe expiandum non erat.

Quae si recte posita sunt, apparet ea quae de prodigiis referuntur eam utilitatem habere, ut inde de agri publici

finibus coniecturam capere liceat. quamquam in tanta rerum minutarum, quae in hac quaestione alicuius momenti esse possunt, atque exceptionum multitudine omnia ad liquidum perduci nequeunt, praesertim cum plenam omnium prodigiorum notitiam conponere neque per temporis angustias possim nec, si possem, uellem. neque tamen prorsus operam lusisse uidebor, si Liuio et Obsequente ducibus prodigia locorum ratione habita recensebo. qua in re dolendum est, prodigia quantum scimus ante annum DV publice non fuisse litteris tradita. hoc ex nostri libelli titulo siue subscriptione effici potest; Obsequens enim nulla alia de causa ab hoc anno initium fecisse putandus est, quam quod eo tempore pontifices prodigiorum in annales referendorum initium fecisse apud Liuium relatum inuenit. priorum temporum prodigia, quae cognita habere nostra uel maxime interesset, casu potius quam publica cura atque fide tradita esse uidentur. similiter in bello sociali narrando Liuius scriptoribus eis usus esse uidetur, qui neglecta priscorum religione prodigia parum curabant, id quod ex ratione, qua prodigia eius temporis tradita inuenimus, hodie quoque intellegi potest. quare ego intra bellum sociale subsistendum mihi esse putaui.

I. Neapolis Nola Nuceria Constantia ciuitates aequis conditionibus, ut satis constat, cum Romanis sociatae fuerunt et solae inter Italicas in fide permanserunt ne Hannibalico quidem bello excepto. unde colligi potest hisce regionibus agrum publicum non fuisse: atque re uera prodigia nulla inde nuntiantur; nam Nuceria (p. 125,1) nihil inpedit quominus Vmbricam aut Britticam esse putemus. Aenariae uero, quam Romanorum fuisse scimus donec ab Augusto Neapolitanis concederetur — qua de re in libro de dialectis Italiae p. 198 dixi — prodigium factum narratur p. 129,20.

II. Coloniarum Latinarum agrum pro peregrino habitum fuisse Fregellarum exemplo confirmatum uidimus. sed cum Roma deducerentur atque in agro publico conderentur,

non multum ibi agri publici remansisse, ueri simile est quamquam uel uiarum publicarum causa aliquatenus seruari debuit. explicari iam potest, cur tam pauca inde prodigia nuntiata sint, cum tamen maximi momenti essent eorumque frequentissima mentio fieret. ex eis uiginti tres — Signia Norba Circei Sora Interamna ad Lirim sita, Saticula Pontiae Cosa Paestum Beneuentum Aesernia Copia Valentia Brundisium Venusia Luceria Firmum Cremona Placentia Aquileia Naruia Sutricum Nepet — nusquam quod sciam in hac re commemorantur; quarum uero mentio fit, hae sunt

Alba Liu. XXVIII, 11.

Ardea Liu. XXXII, 9. Obs. p. 120, 2.

Ariminum Liu. XXXIIII, 45. apud Obsequentem p. 125, 3 *Ameriae* scribendum uidetur.

Bononia Obs. p. 119, 7.

Cales Liu. XXIIII, 10.

Carsioli Obs. p. 128, 24.

Fregellae Liu. XXVI, 23. XXVIII, 11. apud Liuium XXXII, 29 e Bambergensi *Fregenae* restitui debet; Obsequentis locus p. 128, 19 huc non pertinet, quia de prodigio anni DCLX narrat, cum Fregellae a. DCXXVIIII captae sint.

Hadria Liu. XXXIIII, 45. de loco qui XXIIII, 10 legitur p. XVIII dictum est. fortasse Hadria ad Padum sita intellegenda est.

[Setia apud Liuium XXVIIII, 14 e coniectura parum probabili legitur.]

Spoletium Obs. p. 129, 22. de loco apud Liuium XXIIII, 10 p. XVIII dixi; Obs. p. 133, 17 huc non pertinet, quia de prodigio post bellum sociale nuntiato narrat.

Suessa Liu. XXXII, 1; 9.

III. Vt de innumeris prodigiis taceam, quae Romae et in urbis uicinia e. g. Capenae (Liu. XXII, 1. XXVII, 4.

xxxiii, 26), Gabiis (Liu. xxiiii, 10. xxxxi, 16. Obs. p. 115, 27), Veiis (Liu. xxvii, 37. xxxii, 9. xxxxi, 21. xxxxii, 3. Obs. p. 115, 4. 121, 18) accidisse narrantur, colonias tantum ciuium Romanorum commemorabo, quarum prodigia tam frequentia referuntur quam infrequentia coloniarum Latinarum. coloniae uero ciuium Romanorum certae hisce temporibus solae maritimae haberi possunt, quas a. dxxxxvii Liuius xxvii, 38 recenset.

Ostia Liu. xxvii, 11. 23. xxxii, 1. Obs. p. 120, 15.

Antium Liu. xxii, 1. xxviii, 11. xxx, 2. Obs. p. 115, 26 (?).

Tarracina Liu. xxiiii, 44. xxvii, 4. xxviii, 11. xxviiii, 14. xxxvi, 37. xxxx, 45. Obs. p. 115, 5; 25. 118, 12. 120, 17.

Minturnae Liu. xxvii, 37. xxxvi, 37. xxxxiii, 13. Obs. p. 120, 3.

Sinuessa Liu. xxiii, 31. xxvii, 11 cf. 37. xxxi, 12. xxxii, 9. xxxxi, 21.

Puteoli Liu. xxxvii, 3. xxxxi, 9. Obs. p. 119, 1.

Volturnum Liu. xxxvi, 37 cf. Obs. p. 132, 2.

Croton Obs. p. 122, 7.

Pisaurum Obs. p. 116, 3. 127, 14.

Saturnia Liu. xxxxii, 20. Obs. p. 122, 8 (?). 123, 2.

Grauiscae Liu. xxxxi, 16.

Luna Obs. p. 117, 25. 120, 1. 125, 3.

IIII. Ciuitatum, quas ante bellum sociale ciuitatem adeptas esse aut certum aut ueri simillimum est, haud minus frequentia, ut par est, prodigia referuntur harum

Tusculum Liu. xxvii, 4. xxxvii, 3. xxxxi, 16.

Lanuuium Liu. xxi, 62. xxiii, 31. xxiiii, 10. xxviiii, 14. xxxi, 12. xxxii, 9. xxxv, 9. xxxx, 19. xxxxi, 21. xxxxii, 3. xxxxv, 16. Obs. p. 115, 13. 117, 13. 126, 20.

Lauinium Obs. p. 118, 9.

Aricia Liu. xxii, 36. xxiiii, 44. xxx, 38. xxxv, 9. Obs. p. 117, 1. 125, 27.

Frusino Liu. xxvii, 37. xxx, 2. 38. xxxi, 12. xxxii, 29. Obs. p. 116, 8. 117, 12.

Priuernum Liu. xxvii, 11. xxxi, 12. xxxxii, 3. Obs. p. 115, 29. 123, 1; 16.

Formiae Liu. xxxii, 1; 29. xxxv, 21. xxxx, 2. Obs. p. 115, 25.

Arpinum Liu. xxx, 2.

Anagnia Liu. xxvi, 23. xxvii, 4. xxviiii, 14. xxx, 2. xxxxiii, 13. xxxxv, 16. Obs. p. 116, 7. 119, 14.

Sabini Liu. xxii, 36. xxiiii, 10. xxxi, 12.

Reate Liu. xxv, 7. xxvi, 23. xxx, 2. xxxvii, 3. xxxx, 2; 45. xxxxiii, 13. Obs. p. 116, 9. 120, 13. 132, 19.

Nursia Liu. xxxvii, 3. Obs. p. 124, 6. 126, 21. 127, 16.

Eretum Liu. xxvi, 13.

Amiternum Liu. xxi, 62. xxiiii, 44. xxxv, 21. xxxvi, 37. Obs. p. 117, 9; 19. 119, 12. 124, 11. frequentissima quae hic accidisse referuntur prodigia coniecturam per se satis probabilem confirmant, qua Amiternum ante bellum sociale in ciuitatem receptum esse putant.

Trebula Mutuesca Obs. p. 124, 15; 23; 30.

Venafrum Obs. p. 128, 2.

Caere Liu. xxi, 62. xxii, 1. xxvii, 23. xxviii, 11. xxxxi, 21. Obs. p. 116, 4. 117, 11; 20(?). 127, 28.

Cumae Liu. xxv, 7. xxvii, 23. xxx, 38. xxxxiii, 13. Obs. p. 130, 1.

Suessula Liu. xxv, 7.

V. Ex eo tempore, quo Capua sui iuris erat, unum tantum prodigium a Liuio XXII, 1 refertur, unde in tanta de antiquis temporibus fontium penuria nihil effici potest. ex quo a. DXXXXIIII Campas ager publicus factus est, frequentia prodigia commemorari consentaneum est.

ager Campas et Stellatinus Liu. XXVII, 11; 23; 37. XXX, 2. XXXII, 9. XXXV, 9. XXXX, 45. XXXXI, 9. 13. 21. Obs. p. 115, 3; 23. 123, 6.

Atella Liu. XXVII, 37. Obs. p. 124, 14.

Calatia Liu. XXXXII, 20. XXXXV, 16.

VI. Ciuitates Italiae, quae bello demum sociali Romanam ciuitatem adeptae sunt, quibus eas addam de quarum condicione nihil constat, multum agri publici continebant, quamuis maximam partem agro peregrino constarent. ita fit ut prodigia hic frequentiora quidem quam eis locis, quos primo et secundo loco, rariora quam eis quos deinceps enumeraui accidisse referantur.

Praeneste Liu. XX, 1. (XXIIII, 10 cf. p. XVIII) Obs. p. 115, 4. 118, 5; 11. 122, 25. 128, 25.

Tibur quod nusquam commemoratur casu factum esse nequit; potius ciuibus Tiburtinis nihil agri ablatum esse uidetur.

Velitrae Liu. XXX, 28. XXXII, 1; 9.

Ferentinum Obs. p. 120, 7, si modo Hernicorum oppidum intellegendum est.

Volsci Obs. p. 128, 8.

Casinum Liu. XXVII, 23. Obs. p. 115, 14.

Teanum Sidicinum Obs. p. 115, 15.

Satricum Liu. XXVIII, 11.

Compsa Liu. XXIIII, 44. Obs. p. 116, 21.

Lucani Liu. XXXI, 12. Obs. p. 123, 16. 125, 3; 16. 128, 22.

Bruttii Liu. xxxii, 1.
Regium Obs. p. 129, 21.

Apulia Liu. xxiiii, 10. Obs. p. 120, 16. 128, 25.
Arpi Liu. xxii, 1. Obs. p. 121, 19.
Marrucini Liu. xxiiii, 10.
Vestini Obs. p. 128, 11. 129, 19.

Picenum Liu. xxi, 62. xxxiiii, 45. xxxv, 21. xxxviiii, 22. Obs. p. 125, 14. 126, 13.
Auximum, ante coloniam deductam Liu. xxxxi, 21. xxxxii, 20.
Asculum Liu. xxxii, 29, si modo lectio certa est.
Vrbinum Obs. p. 128, 5.

Vmbria Liu. xxxviiii, 22.
Nuceria Obs. p. 125, 1.
Ameria Obs. p. 125, 3.

Etruria Obs. p. 125, 21.
Falerii Liu. xxii, 1.
Fregenae Liu. xxxii, 29.
Tarquinii Liu. xxvii, 4. Obs. p. 125, 17. 126, 11.
Faesulae Obs. p. 127, 24. 128, 14. 129, 4.
Arretium Liu. xxxii, 9. xxxv, 21. Obs. p. 127, 24. 128, 21. 129, 9; 18.
Perusia Obs. p. 124, 12.
Volaterrae Obs. p. 129, 8.
Volsinii Liu. xxvii, 23. Obs. p. 125, 14. 128, 8; 29.

His addo de quorum situ non constat
forum Esii Obs. p. 116, 5.
forum Subertanum Liu. xxvi, 23.
forum Vessanum Obs. p. 122, 10.

VII. Extra Italiam commemorantur
ager Gallicus Liu. XXI, 62. XXXXII, 3. Obs p. 122, 11. 123, 17. 125, 26.
Mantua Liu. XXIIII, 10.
Syracusae Liu. XXXXI, 13 cf. XXIIII, 10.
Cephallenia Obs. p. 116, 1. 118, 5.

Dabam Turici ineunte Ianuario a. MDCCCLIII.

T. LIVI

AB VRBE CONDITA

LIBRORVM CXLII

PERIOCHAE.

N codex Nazarianus.
g codex Guelferbytanus.
ς codices recentiores, uel omnes uel plures.
r editio Romana princeps.

EX LIB. I.

Aduentus Aeneae in Italiam et res gestae. Ascani regnum Albae et Silui et deinceps Siluiorum. Numitoris filia a Marte compressa nati Romulus et Remus. Amulius obtruncatus. urbs a Romulo condita. senatus lectus. cum Sabinis bellatum. spolia opima Feretrio Ioui lata. in curias populus diuisus. Fidenates Veientes uicti. Romulus consecratus.

Numa Pompilius ritus sacrorum tradidit. porta Iani clausa.

Tullus Hostilius Albanos diripuit. trigeminorum pugna. Metti Fufeti supplicium. Tullus fulmine consumptus.

Ancus Martius Latinos deuicit, Ostiam condidit.

Tarquinius Priscus Latinos superauit, circum fecit, finitimos deuicit, muros et cloacas fecit.

Seruio Tullio caput arsit. Seruius Tullius Veientes deuicit et populum in classes diuisit, aedem Dianae dedicauit.

Tarquinius Superbus occiso Tullio regnum inuasit. Tulliae scelus in patrem. Turnus Herdonius per Tarquinium occisus. bellum cum Vulscis. fraude Sex. Tarquini Gabii direpti. Capitolium inchoatum. Termini et Iuuentae arae moueri non potuerunt. Lucretia se occidit. Superbi expulsio. regnatum est annis CCLV.

1 INCIPIT TITI· LIVI· A· BERBE CONDITA LIBER I *N* || 2 et eius res gestae primo continentur *g* || ascanius *N* || 3 et Siluii *r:* italiae *N*ς || 4 compressi *N* || amullius *N* || 6 curias *Sigonius:* centurias *N*ς || 7 uenientes *N* || 11 tullius *N* || pugnam et titi *N* || 14 tarquianius *N* || 16 uegentes *N* || 21 directi ς, directum *N* || cremonae *N* ||

LATINIS VICTIS MONTEM AVENTINVM adsignauit, fines protulit, Hostiam coloniam deduxit. caerimonias a Numa institutas renouauit.

Hic temptandae scientiae Atti Naui auguris causa fertur consuluisse eum, an id de quo cogitaret effici posset; quod cum ille fieri posse dixisset, iussisse eum nouacula cotem praecidere, idque ab Atto protinus factum.

Regnauit annis XXIIII. Lucumo Demarati Corinthii filius a Tarquinis Etrusca ciuitate Romam uenit et in amicitiam Anci receptus Tarquini Prisci nomen ferre coepit et post mortem Anci regnum excepit. centum in patres allegit, Latinos subegit, ludos in circo edidit, equitum centurias ampliauit, urbem muro circumdedit, cloacas fecit. occisus est ab Anci filiis cum regnasset annis XXXVIII.

Successit ei Seruius Tullius, natus ex captiua nobili Corniculana, cui puero adhuc in cunis posito caput arsisse traditum erat. is censum primum egit, lustrum condidit, quo censa LXXX milia esse dicuntur, pomerium protulit, colles urbi adiecit Quirinalem Viminalem Esquilinum, templum Dianae cum Latinis in Auentino fecit. interfectus est a Lucio Tarquinio, Prisci filio, consilio filiae suae Tulliae, cum regnasset annis XLIIII.

Post hunc L. Tarquinius Superbus neque patrum neque populi iussu regnum inuasit. is armatos circa se in custodiam sui habuit. bellum cum Vulscis gessit et ex spoliis eorum templum in Capitolio Ioui fecit. Gabios dolo in potestate sua redegit. huius filiis Delphos profectis et consulentibus, quis eorum Romae regnaturus esset, dictum est eum regnaturum, qui primum matrem osculatus esset. quod responsum cum ipsi aliter interpretarentur, Iunius Brutus, qui cum eis profectus erat, prolapsum se simulauit et ter-

1—3 *ad Ancum pertinent* ‖ 2 nūma *N* ‖ 4—14 *ad Tarquinium Priscum pertinent* ‖ 4 scientii *N* ‖ atii *N* ‖ 6 illi *N* ‖ 8 regnauit] *Ancus* ‖ buchomo *N* ‖ corinthi *N* ‖ 9 etruscae *N*, etetusciae *g*, etruriae *ς* ‖ 16 corioniculana *N* ‖ at^d^huc *N* ‖ arsisset *N* ‖ 19 aesquilinum *N* ‖ 23 ne patrum *N* ‖ 25 ex poliis *N* ‖

ram osculatus est. idque factum eius euentus conprobauit. nam cum inpotenter se gerendo Tarquinius Superbus omnes

Haec diuersorum excerptorum frusta ita interpolata extant in r:

Aduentus Eneae in Italiam et res ab eo gestae. Ascanii regnum Albae et Siluii Eneae ac deinceps Siluiorum regum primo libro continentur. Numitoris filia a Marte compressa. nati Romulus et Remus. Amulius obtruncatus. urbs a Romulo condita, senatus lectus. cum Sabinis bellatum. opima spolia Ioui Feretrio lata. in centurias populus diuisus. Fidenates et Veientis uicit. Romulus consecratus.

Numa Pompilius ritus sacrorum tradidit, Iano templum constituit eiusque portam pacatis omnibus circa populis primus clausit, cum dea Egeria sibi congressus nocturnos esse simulans feroces populi animos ad religionem perpulit.

Ancus Martius cerimonias a Numa institutas renouauit, Latinis uictis et ad ciuitatem adscitis montem Auentinum assignauit, Politorum urbem Latinorum bello repetitam, quam Prisci Latini occupauerant, diruit, pontem Sublitium in Tyberi fecit, Ianiculum collem urbi addidit, fines imperii protulit, Ostiam condidit.

Tullus Hostilius Albanos bello petiit. post haec tergeminorum pugna, Horatius absolutus, Metii Fuffetii supplicium, Alba diruta, Albani in ciuitatem recepti, Sabinis bellum indictum. ad postremum fulmine absumptus est.

Tarquinius Priscus in Anci amicitiam receptus centum additis patrum numerum auxit, Latinos subegit, cyrcum designauit, ludos edidit, Sabinorum bello petitus equitum centurias ampliauit. hic temptande scientie causa Accii Nauii auguris consuluisse fertur, an id de quo cogitaret effici posset. quod cum ille fieri posse respondisset, iussisse eum nouacula cotem praecidere, idque protinus factum. Sabinos praeterea acie uicit, urbem muro circumdedit, cloacas fecit.

Seruius Tullius natus ex captiua Corniculana cui puero in cunis posito caput arsisse traditum est. Veientes atque Etruscos proelio fudit. censum primus omnium egit, lustrum condidit, classes centuriasque descripsit. pomerium protulit. colles urbi Quirinalem Viminalem Esquilinumque adiecit. templum Dianae cum Latinis in Auentino fecit.

L. Tarquinius Superbus occiso Seruio eius socero inuasit regnum quo die scelerata Tullia per patris iacentis corpus carpentum egit. armatos circa se ad custodiam corporis sui habuit. Turnum Herdonium fraude interemit. bellum cum Volscis gessit et ex eorum praeda templum Ioui in capitolio fecit. Terminus et Iuuentas non addixere, quorum arae moueri non potuerunt. eius filii Sex. Tarquinii dolo Gabios in potestatem suam redegit. huius filiis Delphos profectis et consulentibus, quis eorum regnaturus esset Romae, dictum est eum regnaturum, qui primum matrem osculatus esset. quod responsum cum ipsi aliter interpretarentur, Iunius Brutus, qui cum iis profectus erat, prolapsum se simulauit et terram osculatus est. idque factum eius euentum rei

in odium sui adduxisset, ad ultimum propter expugnatam nocturna ui a Sexto filio eius Lucretiae pudicitiam, quae ad se uocato patre Tricipitino et uiro Collatino obtestata ne inulta mors eius esset cultro se interfecit, Bruti opera maxime expulsus est, cum regnasset annos XXV. tum consules creati sunt L. Iunius Brutus L. Tarquinius Conlatinus.

EX LIB. II.

Brutus iureiurando populum adstrinxit, neminem Romae regnare passurum. Tarquinium Collatinum collegam suum propter adfinitatem Tarquiniorum suspectum coegit consulatu se abdicare et ciuitate cedere. bona regum diripi iussit, agrum Marti consecrauit, qui campus Martius nominatus est. adulescentes nobiles, in quibus suos quoque et fratris filios, quia coniurauerant de recipiendis regibus securi percussit. seruo indici, cui Vindicio nomen fuit, libertatem dedit; ex cuius nomine uindicta appellata. cum aduersus reges, qui contractis Veientum et Tarquiniensium copiis bellum intulerant, exercitum duxisset, in acie cum Arrunte filio Superbi commortuus est; eumque matronae anno luxerunt. P. Valerius consul legem de prouocatione ad populum tulit. Capitolium dedicatum est. Porsenna Clusinorum rex bello pro Tarquiniis suscepto cum ad Ianiculum uenisset, ne Tiberim transiret uirtute Coclitis Horati prohibitus est. qui, dum alii pontem Sublicium re-

comprobauit. nam cum impotenter se gerendo Tarquinius Superbus omnes in odium suum adduxisset, ad ultimum propter expugnatam nocturna ui a Sexto filio eius Lucretiae pudicitiam, quae uocato patre ad se Tricipitino et uiro Collatino obtestata ne inulta mors eius esset cultro se interemit, Bruti opera maxime expulsus est, cum regnasset annos uiginti quinque. tunc consules primum creati sunt L. Iunius Brutus et L. Tarquinius Collatinus.

10 regnare Romae *r* ‖ passuros ς ‖ 14 aduliscentes *N* ‖ 15 sororis filios *Sigonius* ‖ 16 Vindicius *r* ‖ 17 est apellata *r* ‖ 19 aciem *r* ‖ 20 eum quem *N* ‖ 21 annum *r* ‖ P. *Sigonius:* L. *N*ς*r* ‖ 23 tarquinis *N* ‖ 25 sublicum *N* ‖

scindunt, solus Etruscos sustinuit et ponte rupto armatus in flumen se misit et ad suos transnauit. accessit alterum uirtutis exemplum a Mucio. qui cum ad feriendum Porsennam castra hostium intrasset, occiso scriba, quem regem esse existimauerat, conprehensus inpositam manum altaribus, in quibus sacrificatum erat, exuri passus est dixitque tales trecentos esse coniuratos in mortem ipsius regis. quorum admiratione coactus Porsenna pacis condiciones ferre bellum omisit acceptis obsidibus. ex quibus uirgo una Cloelia deceptis custodibus per Tiberim ad suos transnauit et, cum reddita esset, a Porsenna honorifice remissa, equestri statua donata est. aduersus Tarquinium Superbum cum Latinorum exercitu bellum inferentem Aulus Postumius dictator prospere pugnauit. Ap. Claudius ex Sabinis Romam transfugit. ob hoc Claudia tribus adiecta et numerus tribuum ampliatus est, ut essent uiginti una. pleps cum propter nexos ob aes alienum in sacrum montem secessisset, consilio Meneni Agrippae a seditione reuocata est. idem Agrippa cum decessisset, propter paupertatem publico inpendio elatus est. tribuni plebis quinque creati sunt. oppidum Vulscorum Corioli captum est uirtute et opera Cn. Marci, qui ob hoc Coriolanus uocatus est. T. Latinius, uir de plebe, cum in uisu admonitus ut de quibusdam religionibus ad senatum perferret id neglexisset, amisso filio pedibus debilis factus, postquam delatus ad senatum lectica eadem illa indicauerat, usu pedum recepto domum reuersus est. cum Cn. Marcius Coriolanus, qui in exilium erat pulsus, dux Vulscorum factus exercitum hostium urbi admouisset, et missi ad eum primum legati, postea sacerdotes frustra deprecati essent ne bellum patriae

1 ^{p}fonte *N* ‖ 2 se in flumen *r* ‖ alterum accessit *ςr* ‖ 5 putabat *r* ‖ altaribus manum *r* ‖ 7 coniuratos — regis *om Nς* ‖ 11 a *om N* ‖ 12 equestrique *r* ‖ 13 posthumus *N* ‖ 14 pugnauit apud lacum Regillum *r* ‖ 15 et *scripsi:* est *Nςr* ‖ numerusque *ς* ‖ 22 C. Marcii *Sigonius* ‖ 23 Latinius *Sigonius:* latinus *Nςr* ‖ admonitus esset *r* ‖ 24 regionibus *N* ‖ id *Drakenborchius:* et *Nςr* ‖ 27 cariolanus *N* ‖ 29 urbi romae *ς*, urbi primo *r* ‖

inferret, Veturia mater et Volumnia uxor impetrauerunt ab eo ut recederet. lex agraria primum lata est. Spurius Cassius consularis regni crimine damnatus est necatusque. Ilia uirgo Vestalis ob incestum uiua defossa est. cum uicini Veientes incommodi magis quam graues essent, familia Fabiorum id bellum gerendum depoposcit misitque in id trecentos sex armatos, qui ad Cremeram praeter unum ab hostibus caesi sunt. Appius Claudius cos. cum aduersus Vulscos contumacia exercitus male pugnatum esset, decimum quemque militum fuste percussit. res praeterea aduersus Vulscos et Hernicos et Veientes * et seditiones inter patres plebemque continet.

EX LIB. III.

Seditiones de agrariis legibus fuere. Capitolium ab exulibus et seruis occupatum caesis his receptum est. census bis actus est. priore lustro censa sunt ciuium capita VIII milia DCCXIIII praeter orbos orbasque, sequenti CXVII milia CCXVIIII. cum aduersus Aequos male gesta res esset, L. Quintius Cincinnatus dictator factus, cum rure intentus operi rustico esset, ad id bellum gerendum arcessitus est. is uictos hostes sub iugum misit. tribunorum plebis numerus ampliatus est, ut essent decem tricesimo sexto anno a primis tribunis plebis. petitis per legatos et adlatis Atticis legibus ad constituendas eas proponendasque decemuiri pro consulibus sine ullis aliis magistratibus creati altero et trecentesimo anno quam Roma condita erat, et ut a regibus ad consules, ita a consulibus ad decemuiros imperium translatum. hi decem tabulis legum positis cum mo-

1 uolumina *N* ‖ 4 illia *N*. Oppia *Liuius* 42 ‖ uicini hostes *ςr* ‖ 6 gerendi *N* ‖ 7 ad unum *r* ‖ sunt uno impubere domi relicto *r* ‖ 9 contumatia *N* ‖ 14 factae *ςr* ‖ 16 centum quattuor milia ac CXIIII *Liuius* 3 ‖ 17 CXVII milia CCCXVIIII *Liuius* 24 ‖ 18 res male gesta *ςr* ‖ 20 rustico operi *ςr* ‖ 23 a *om* *Nς* ‖ 26 nono tricesimo *Nς* ‖ 27 regibus consules *N* ‖ 28 translatum imperium *r* ‖ ii *r* ‖

deste se in eo honore gessissent et ob id in alterum quoque annum eundem esse magistratum placuisset, duabus tabulis ad decem adiectis cum complura inpotenter fecissent, magistratum noluerunt deponere et in tertium annum retinuerunt, donec inuiso eorum imperio finem adtulit libido Ap. Claudii. qui cum in amorem Virginiae uirginis incidisset, summisso, qui eam in seruitutem peteret, necessitatem patri eius Virginio inposuit. rapto ex taberna proxima cultro filiam occidit, cum aliter effici non posset ne in potestatem stuprum inlaturi ueniret. hoc tam magnae luxuriae exemplo pleps concitata montem Auentinum occupauit coegitque decemuiros abdicare se magistratu. ex quibus Appius, qui praecipue poenam meruerat, in carcerem coniectus est, ceteri in exilium sunt acti. res praeterea contra Sabinos et Vulscos prospere gestas continet et parum honestum populi Romani iudicium. qui iudex inter Ardeates et Aricinos sumptus agrum de quo ambigebatur sibi adiudicauit.

EX LIB. IIII.

Lex de conubio patrum et plebis a tribunis contentione magna patribus repugnantibus perlata est. tribuni .. plebis. aliquod annos res populi Romani domi militiaeque per hoc genus magistratus administratae sunt. item censores tunc primum creati sunt. ager Ardeatibus populi iudicio ablatus missis in eum colonis restitutus est. cum fame populus Romanus laboraret, Spurius Maelius eques Romanus frumentum populo sua inpensa largitus est, et ob id

1 eo *om r* ‖ 2 placuisset duabus tabulis *om N* ‖ 5 inuiso *Drakenborchius:* inuito *Nςr* ‖ 6 amore *N* ‖ Virginiae *om r* ‖ 7 summo *N* ‖ seruitute *N* ‖ 8 patriae *N* ‖ 9 cultro ut filiam interimeret *r* ‖ aliter eam tueri *r* ‖ 10 magno *ς* ‖ 11 incitata *r* ‖ 13 Appius et unus collegarum *r* ‖ meruerant *r* ‖ carcere *N* ‖ 14 coniecti (*om* est) *r* ‖ sunt *om ςr* ‖ 20 tribunis plebis *r* ‖ 21 a tri. pl. *r*, tribuni militares *Gruterus* ‖ 22 aliquid *N* ‖ annis *ςr* ‖ miliciaeque *N* ‖ 24 Ardeatibus *Delrius:* Ardeatinus *Nςr* ‖ romani populi *ςr* ‖ 27 id *om N* ‖

factum conciliata sibi plebe regnum adfectans a C. Seruilio Ahala magistro equitum iussu Quinti Cincinnati dictatoris occisus est; L. Minucius index boue aurata donatus est. legatis Romanis a Fidenatibus occisis, quoniam ob rem publicam occubuerant, statuae in rostris positae sunt. Cossus Cornelius tribunus militum occiso Tolumnio Veientum rege opima spolia secunda retulit. Mam. Aemilius dictator censurae honorem, qui antea per quinquennium gerebatur, anni et sex mensium spatio finiit; ob eam rem a censoribus notatus est. Fidenae in potestatem redactae eoque coloni missi sunt. quibus occisis Fidenates cum defecissent, ab Mam. Aemilio dictatore uicti sunt et Fidenae captae. coniuratio seruorum oppressa. Postumius tribunus militum propter crudelitatem ab exercitu occisus est. stipendium ex aerario tum primum militibus datum est. res praeterea gestas aduersus Vulscos et Fidenates et Faliscos continet.

EX LIB. V.

In obsidione Veiorum hibernacula militibus facta sunt. ea res cum esset noua, indignationem tribunorum plebis mouit querentium non dari plebi nec per hiemem militiae requiem. equites tum primum equis suis merere coeperunt. cum inundatio ex lacu Albano facta esset, uates qui eam rem interpretaretur ex hostibus captus est. Furius Camillus dictator decem annos obsessos Veios cepit, simulacrum Iunonis Romam transtulit, decimam praedae Delphos Apollini misit. idem tribunus militum cum Faliscos obsi-

1 concitata *Nς* ‖ ex Seruilio et Ahala magistris *N* ‖ 2 hala *ςr* ‖ 3 t. minutius *Nςr* ‖ uindex *Nς* ‖ 5 morte occubuerant *ςr* ‖ 6 Cornelius Cossus *r* ‖ Volumnio rege Veientium *r* ‖ 7 m. aemilius *Nςr* ‖ 8 honorem *Ng:* honore *ςr* ‖ 9 finiit *g:* finito *Nςr* ‖ 10 potestate *N* ‖ 11 eaque *N* ‖ defecissent a populo Ro. *r* ‖ 12 m. aemilio *Nςr* ‖ 16 labscos *Nς* ‖ 19 hibernacula *Vascosanus:* tabernacula *Nςr* ‖ 22 mereri *Nς* ‖ 24 ab hostibus *rς*, de hostibus *ς* ‖ 26 Iunonis *om Nr* ‖ romae *N* ‖ decimam partem *ςr* ‖ 27 item *Nς* ‖

deret, proditos hostium filios parentibus remisit statimque deditione facta Faliscorum uictoriam iustitia consecutus est. cum alter ex censoribus C. Iulius decessisset, in locum eius M. Cornelius suffectus est. nec id postea factum est, quoniam eo lustro a Gallis Roma capta est. Furius Camillus, cum ei dies ab L. Apuleio tribuno plebis dicta esset, in exilium abiit. cum Galli Senones Clusium obsiderent et legati a senatu missi ad conponendam inter eos et Clusinos pacem pugnantes contra Gallos in acie Clusinorum *, hoc facto eorum concitati Senones urbem infesto exercitu petierunt fusisque ad Aliam Romanis cepere urbem praeter Capitolium, quo se iuuentus contulerat; maiores natu cum insignibus honorum quos quisque gesserat in uestibulis aedium sedentes occiderunt. et cum per auersam partem Capitolii iam in summum euasissent, proditi clangore anserum M. Manlii praecipue opera deiecti sunt. coactis deinde propter famem Romanis eo descendere ut mille pondo auri darent et hoc pretio finem obsidionis emerent, Furius Camillus, dictator absens creatus, inter ipsum conloquium, quo de pacis condicionibus agebatur, cum exercitu uenit et Gallos post sextum mensem urbe expulit ceciditque. dictum est ad Veios migrandum esse propter incensam et dirutam urbem, quod consilium Camillo auctore discussum est. mouit populum uocis quoque omen ex centurione auditae, qui cum in forum uenisset, manipularibus suis dixerat ‘sta miles, hic optime manebimus’. aedes Ioui Capitolino facta est, quod ante urbem captam uox audita erat aduentare Gallos.

3 Emilius *r* ‖ 4 esset *ς* ‖ 6 ei *om N* ‖ 7 abit *N* ‖ gallis *N* ‖ senones galli *ςr* ‖ 9 pugnarent *g* ‖ clusinorum stetissent *ςr*, clusinorum starent *ς* ‖ 10 intesto *N* ‖ 11 Alliam flumen *r* ‖ 12 in quo *Ng*, in quod *ςr* ‖ iuuenes contulerant *ςr* ‖ 14 ceciderunt *ς* ‖ 16 Manili *Nς* ‖ detecti *Nς* ‖ coacti — romani *g* ‖ 17 eo *add Gronouius*. *om Nςr* ‖ despondere *r* ‖ pacti sunt ut *g* ‖ 18 ut hoc *Nς* ‖ 19 inter pendendum aurum cum *r* ‖ 25 manipulariis *r* ‖ 26 Aio Locutio *Sigonius* ‖ 27 quo loco *r* ‖

EX LIB. VI.

Res aduersus Vulscos et Aequos et Praenestinos prospere gestas continet. quattuor tribus adiectae, Stellatina Tromentina Sabatina Arniensis. M. Manlius, qui Capitolium a Gallis defenderat, cum obstrictos aere alieno liberaret, nexos exsolueret, crimine adfectati regni damnatus de saxo deiectus est. in cuius notam SC. factum est ne cui de Manlia gente Marco nomen esset. C. Licinius et L. Sextius tribuni plebis legem promulgauerunt ut consules ex plebe fierent, qui ex patribus creabantur, eamque cum magna contentione repugnantibus patribus, cum idem tribuni plebis per quinquennium soli magistratus fuissent, pertulerunt; et primus ex plebe consul L. Sextius creatus est. lata est et altera lex ne cui plus quingentis iugeribus agri liceret possidere.

EX LIB. VII.

Duo noui magistratus adiecti sunt, praetura et curulis aedilitas. pestilentia ciuitas laborauit, eamque insignem fecit mors Furi Camilli. cuius remedium et finis cum per nouas religiones quaereretur, ludi scaenici tunc primum facti sunt. cum dies L. Manlio dicta esset a M. Pomponio tribuno plebis propter dilectum acerbe actum et T. Manlium filium rus relegatum sine ullo crimine, adulescens ipse, cuius relegatio patri obiciebatur, uenit in cubiculum tribuni strictoque gladio coegit eum in uerba sua iurare, se non perseueraturum in accusatione. cum telluris hiatu tota ad ultimum

2 Equos et Volscos *r* ‖ 3 adiectae sunt ς, additae *r* ‖ Tromentina *Sigonius:* promentina *Nςr* ‖ 4 Sabbatina Promentina *r* ‖ manilius *Nς*, mallius ς ‖ 7 defectus *N* ‖ 8 Marco nomen *Sigonius:* manli cognomen *Nς*, marco cognomen *r* ‖ 9 Sestius *r* ‖ 10 etiam ex plebe *r* ‖ eam legem *r* ‖ 13 primus omnium *r* ‖ Sestius *r* ‖ 14 et *om N* ‖ 17 praeterea et aedilitas curulis *r* ‖ 20 reliciones *N* ‖ 21 Pompeio *r* ‖ 22 manilium *N* ‖ 23 rus *om r* ‖ 25 non *om Nς* ‖ non perseueraturum se *r* ‖ 26 cum — foret *gς: om Nςr* ‖

territa patria foret, tunc omnia pretiosa missa sunt in praealtam uoraginem urbis Romanae. in eam Curtius armatus sedens equo praecipitauit ita expletam. T. Manlius adulescens, qui patrem a tribunicia uexatione uindicauerat, contra Gallum prouocantem aliquem ex militibus Romanis in singulare certamen descendit eique occiso torquem aureum detraxit, quem ipse postea tulit, et ex eo Torquatus est nuncupatus. duae tribus additae, Pomptina et Publilia. Licinius Stolo lege sua damnatus est, quod plus quingentis iugeribus agri possideret. M. Valerius tribunus militum Gallum a quo prouocatus erat insidente galeae coruo et unguibus rostroque hostem infestante occidit et ex eo Corui nomen accepit, consulque proximo anno, cum annos XXIII haberet, ob uirtutem creatus est. amicitia cum Carthaginensibus iuncta est. Campani cum a Samnitibus bello urgerentur, auxilio aduersus eos a senatu petito, cum id non inpetrarent, urbem et agros populo Romano dediderunt. ob quam causam ea quae populi Romani facta essent defendi bello aduersus Samnites placuit. cum ab Aulo Cornelio cos. exercitus in locum inicum deductus in magno discrimine esset, P. Deci Muris tribuni militum opera seruatus est. qui occupato colle super id iugum, in quo Samnites consederant, occasionem consuli in aequiorem locum euadendi dedit; ipse ab hostibus circumsessus erupit. cum milites Romani, qui Capuae in praesidio relicti erant, de occupanda urbe conspirassent et detecto consilio metu sup-

1 patentem *r* ‖ 2 Romae *r* ‖ 3 sedens *om r* ‖ se praecipitauit *ςr* ‖ ita expletam *scripsi:* expletat *N*, et expleta est *ς*, eaque expleta est *r* ‖ lucius *Nς*, T *om r* ‖ 4 liberauerat *r* ‖ 6 descendit *r: om Nς*, feliciter pugnauit *gς* ‖ 8 adiectae *ς* ‖ pomplinia *N*, Pomponiana *r* ‖ publicia *r* ‖ 9 lege sua *scripsi:* lege lata *Nς*, lege ab ipso lata *r* ‖ quingentorum iugerum *r* ‖ 12 postroque *N* ‖ infestante hostem interemit *r* ‖ corui *ς*: coruini *Nςr* ‖ 13 anno creatus est ob uirtutem cum uicesimum tertium haberet annum *r* ‖ 15 est *om r* ‖ cum urgerentur a Samnitibus bello *r* ‖ 17 atque agros *r* ‖ 18 quem *N* ‖ acta *N* ‖ 20 iniquum locum *ςr* ‖ 21 P *om Ng* ‖ D. Murene *r* ‖ 23 sederant *r* ‖ 23 occansionem *N* ‖ 24 eripuit *N* ‖ cum *om r* ‖ 25 erant relicti *r* ‖ cum de *r* ‖ 26 ea occupanda *ςr* ‖ occupande *N* ‖

plici a populo Romano defecissent, per M. Valerium Coruum dictatorem, qui consilio suo eos a furore reuocauerat, patriae restituti sunt. res praeterea contra Hernicos et Gallos et Tiburtes et Priuernates et Tarquinienses et Samnites et Vulscos prospere gestas continet.

EX LIB. VIII.

Latini cum Campanis defecere et missis legatis ad senatum condicionem tulerunt ut, si pacem habere uellent, alterum ex Latinis consulem facerent. qua legatione perlata praetor eorum Annius de Capitolio ita prolapsus est ut exanimaretur. T. Manlius consul filium, quod contra edictum eius aduersus Latinos pugnauerat, quamuis prospere pugnasset, securi percussit. laborantibus in acie Romanis P. Decius, tunc consul cum Manlio, deuouit se pro exercitu et concitato equo cum in medios hostes se intulisset, interfectus morte sua Romanis uictoriam restituit. Latini in deditionem uenerunt. T. Manlio in urbem reuerso nemo ex iuuentute obuiam processit. Minucia uirgo Vestalis incesti damnata est. Ausonibus uictis in oppidum ex eis captum Cales colonia deducta est. item Fregellae colonia deducta est. ueneficium conplurium matronarum deprehensum est, ex quibus plurimae statim epotis medicaminibus perierunt. lex de ueneficio tunc primum constituta est. Priuernatibus, cum rebellassent, uictis ciuitas data est. Neapolitani bello et obsidione uicti in deditionem uenerunt. Q. Publilio qui eos obsederat primo et imperium prolatum est et pro consule triumphus decretus. plebs nexu liberata est propter L. Papiri creditoris libidinem, qui C. Publilio

1 coruinum *gr* ‖ 7 defecerunt *r* ‖ 10 Arnus *r* ‖ 11 exanimarentur *N* ‖ filium eius *r* ‖ 12 eius *om r* ‖ pugnauerat *om r* ‖ 13 in acie *om r* ‖ 14 tunc consul cum Manlio *om N*, tunc cum Manlio *r* ‖ 15 medio *N* ‖ 18 minicia *N* ‖ 19 oppido ex is cales capto cales *Nς* ‖ ex eis captum *om r* ‖ 20 coloniae *Nς* ‖ deducta est *scripsi:* deductae sunt *Nςr* ‖ 22 quarum *r* ‖ 24 bellassent *Nς* ‖ 26 publio *ς* ‖ 27 est *om r* ‖ per consules ei decretus triumphus *r* ‖ 28 publio *ςr* ‖

debitori suo stuprum inferre uoluerat. cum L. Papirius Cursor dictator reuersus in urbem ab exercitu esset propter auspicia repetenda, Q. Fabius magister equitum, occasione bene gerendae rei inuitatus, contra edictum eius prospere aduersus Samnites pugnauit. ob eam causam cum dictator de magistro equitum supplicium sumpturus uideretur, Fabius Romam profugit et cum parum causa proficeret, populi precibus donatus est. res praeterea contra Samnites prospere gestas continet.

EX LIB. VIIII.

T. Veturius Spurius Postumius coss. apud furcas Caudinas deducto in locum artum exercitu, cum spes nulla esset euadendi, foedere cum Samnitibus facto et sexcentis equitibus Romanis obsidibus datis ita exercitum abduxerunt ut omnes sub iugum mitterentur; idemque auctore Spurio Postumio cos., qui in senatu suaserat ut eorum deditione, quorum culpa tam deforme foedus ictum erat, publica fides liberaretur, cum duobus tribunis plebis et omnibus qui foedus spoponderant dediti Samnitibus non sunt recepti. nec multo post fusis a Papirio Cursore Samnitibus et sub iugum missis receptisque sexcentis equitibus Romanis qui obsides dati erant pudor flagitii prioris abolitus est. tribus duae adiectae sunt, Ofentina et Falerna. Suessa et Pontiae coloniae deductae sunt. Appius Claudius censor aquam Claudiam perduxit, uiam strauit quae Appia uocata est, libertinorum filios in senatum legit. ideoque quoniam is ordo indignis inquinatus uidebatur,

2 Cursor *om* *r* ‖ 3 occassione *N* ‖ 4 rei bene gerendae *r* ‖ eius proeliatus est qui prospere *r* ‖ 7 causa parum ς*r* ‖ 11 et Sp. *r* ‖ coss *om* *r* ‖ Caudinas furculas *r* ‖ 12 artum ς: tacitum *N*ς, iniquum *r* ‖ nulla spes euadendi esset *r* ‖ 13 sescentis *N* ‖ 14 equinibus *N* ‖ 18 fide *N* ‖ 20 nec etiam multo postea *r* ‖ 21 sescentis *N* ‖ 22 prioris flagitii *r* ‖ 23 faleria *N* ‖ 24 pontias *N*ς, Pontia *r* ‖ 27 ideo ς ‖ uidebatur inquinatus indignis *r* ‖

sequentis anni consules in senatu legendo obseruauerunt, quem ad modum ante proximos censores fuerat. res praeterea contra Apulos Etruscos et Vmbros et Marsos et Paelignos et Aequos et Samnites, quibus foedus restitutum est, prospere gestas continet. Cn. Flauius scriba, libertino patre natus, aedilis curulis fuit per forensem factionem creatus, quae cum comitia et campum turbaret et in his propter nimias uires dominaretur, a Q. Fabio censore in quattuor tribus redacta est quas urbanas appellauit. eaque res Fabio Maximo nomen dedit. in hoc libro mentionem habet Alexandri, qui temporibus his fuit, et aestimatis populi Romani uiribus quae tunc erant colligit, si Alexander in Italiam traiecisset, non tam facilem ei uictoriam de populo Romano fore quam de his gentibus, quas ad orientem imperio suo subiecerat.

EX LIB. X.

Coloniae deductae sunt Sora et Alba et Carseoli. Marsi in deditionem accepti sunt. collegium augurum ampliatum est ut essent nouem, cum antea quaterni fuissent. lex de prouocatione ad populum a Murena consule tertio tunc lata est. duae tribus adiectae sunt, Aniensis et Terentina. Samnitibus bellum indictum est et aduersus eos saepe prospere pugnatum est. cum aduersus Etruscos Vmbros Samnites Gallos P. Decio et Q. Fabio ducibus pugnaretur et Romanus exercitus in maximo discrimine esset, P. Decius, secutus exemplum patris, deuouit se pro exercitu et morte sua uictoriam eius pugnae populo Romano dedit. Papirius

1 censores *r* ‖ senatum *N* ‖ legendo *om* *N*ς ‖ 2 ante per proximos *r* ‖ obseruatum fuerat *r* ‖ 3 et *ter om r* ‖ 4 et *om r* ‖ erat restitutum *r* ‖ 5 c flauius *N*ς, c *om* ς*r* ‖ 9 quas urbanas appellauit *g*ς: *om Nr* ‖ 10 nomen *om N* ‖ mensionem *r* ‖ 11 Alexandri Magni *r* ‖ 12 colligitur ς*r* ‖ 13 facilem *om N*ς, tantam ς ‖ 14 a^{d}b *N* ‖ 17 Alba Carseoli *r* ‖ carsioli *N*ς ‖ 20 M. Valerio *Liuius* 9 ‖ tertio *Drakenborchius:* pretio *N*ς ‖ tunc primum *r* ‖ 21 terentia *N*ς ‖ 22 est *om r* ‖ saepe *om r* ‖ 24 pugnaretur Romanusque *r* ‖ 25 magno ς ‖ esset discrimine *r* ‖

Cursor Samnitium exercitum, qui iure iurando obstrictus, quo maiore constantia uirtutis pugnaret in aciem descenderat, fudit. census actus est, lustrum conditum. censa sunt ciuium capita CCLXXII et CCCXX.

EX LIB. XI.

Cum Fabius Gurges cos. male aduersus Samnites pugnasset et senatus de remouendo eo ab exercitu ageret, Fabius Maximus pater deprecatus hanc fili ignominiam eo maxime senatum mouit, quod iturum se filio legatum pollicitus est, idque praestitit. eius consiliis et opera filius consul adiutus caesis Samnitibus triumphauit; C. Pontium imperatorem Samnitium, ductum in triumpho, securi percussit. cum pestilentia ciuitas laboraret, missi legati ut Aesculapi signum Romam ab Epidauro transferrent, anguem qui se in nauem eorum contulerat, in quo ipsum numen esse constabat, deportauerunt; eoque in insulam Tiberis egresso eodem loco aedes Aesculapio constituta est. L. Postumius consularis, quoniam, cum exercitui praeesset, opera militum in agro suo usus erat, damnatus est. pacem petentibus Samnitibus foedus quarto renouatum est. Curius Dentatus consul Samnitibus caesis et Sabinis qui rebellauerant uictis et in deditionem acceptis bis in eodem magistratu triumphauit. coloniae deductae sunt Castrum Sena Hadria. triumuiri capitales tunc primum creati sunt. censu acto lustrum conditum est. censa sunt ciuium capita CCLXXII. plebs propter aes alienum post graues et longas seditiones ad ultimum secessit in Ianiculum, unde a Q. Hortensio dictatore deducta est; isque in ipso magistratu decessit.

1 de iure *Nς* ‖ adstrictus *r* ‖ 2 suo maiore *Nς*, ut maiore *ς*, suo quo maiore *r* ‖ 4 milia ducenta sexaginta duo trecenta uiginti unum *Liuius* 47 ‖ 9 iterum *N* ‖ 10 atque eius *r* ‖ 13 ciuitas pestilentia *r* ‖ missis legatis *Nr* ‖ 16 deportauere *r* ‖ 17 sedes Aesculapii *r* ‖ consecrata *ς* ‖ 19 usus esset *ςr* ‖ 20 samnitibus *ς*: *om Nςr*, hostibus *g* ‖ 26 post *Sigonius:* propter *Nς*, et *r* ‖

res praeterea contra Vulsinienses gestas continet, item aduersus Lucanos, contra quos auxilium Thurinis ferre placuerat.

EX LIB. XII.

Cum legati Romanorum a Gallis Senonibus interfecti essent, bello ob id Gallis indicto, L. Caecilius praetor ab eis cum legionibus caesus est. cum a Tarentinis classis Romana direpta esset, duumuiro qui praeerat classi occiso, legati ad eos a senatu ut de his iniuriis quererentur missi pulsati sunt. ob id bellum eis indictum est. Samnites defecerunt. aduersus eos et Lucanos et Brittios et Etruscos aliquod proeliis a conpluribus ducibus bene pugnatum est. Pyrrhus Epirotarum rex ut auxilium Tarentinis ferret in Italiam uenit. cum in praesidium Reginorum legio Campana cum praefecto Decio Vibellio missa esset, occisis Reginis Regium occupauit.

EX LIB. XIII.

Valerius Laeuinus cos. parum prospere aduersus Pyrrhum pugnauit, elephantorum maxime inusitata facie territis militibus. post id proelium cum corpora Romanorum qui in acie ceciderant Pyrrhus inspiceret, omnia uersa in hostem inuenit. populabundus usque ad urbem Romam processit. C. Fabricius missus ad eum a senatu ut de redimendis captiuis ageret, frustra ut patriam desereret a rege temptatus est. captiui sine pretio remissi sunt. Cineas legatus a Pyrrho ad senatum missus petiit, ut conponendae pacis

2 Thurinis *Pighius:* tyrrhenis *Nςr* ‖ 7 cum legionibus ab iis *r* ‖ 8 et duöüiro (um) *N*, duce *ςr* ‖ 10 ˢamnites *N* ‖ 11 brutios *ςr* ‖ 13 et pirotarum *N* ‖ ferret tarentinis *ςr* ‖ 15 iubellio *ς*, iubelio *ςr* ‖ 19 elefantorum *N* ‖ 22 uenit *N* ‖ populabundus usque *scripsi:* populabundusque *Nςr* ‖ romanam *Nς* ‖ praecessit *Nς* ‖ 23 a senatu *om r* ‖ 24 deseret (re) *N* ‖

causa rex in urbem reciperetur. de qua re cum ad frequentiorem senatum referri placuisset, Appius Claudius, qui propter ualetudinem oculorum iam diu consiliis publicis se abstinuerat, uenit in curiam et sententia sua tenuit ut id Pyrrho negaretur. Cn. Domitius censor primus ex plebe lustrum condidit. censa sunt ciuium capita CCLXXXVII CCXXII. iterum aduersus Pyrrhum dubio euentu pugnatum est. cum Carthaginiensibus quarto foedus renouatum est. cum C. Fabricio consuli is, qui ad eum a Pyrrho transfugerat, polliceretur uenenum se regi daturum, cum indicio ad regem remissus est. res praeterea contra Lucanos et Bruttios, Samnites et Etruscos prospere gestas continet.

EX LIB. XIIII.

Pyrrhus in Siciliam traiecit. cum inter alia prodigia fulmine deiectum esset in Capitolio Iouis signum, caput eius per haruspices inuentum est. Curius Dentatus cum dilectum haberet, eius qui citatus non responderat bona primus uendidit; item Pyrrhum ex Sicilia in Italiam reuersum uicit et Italia expulit. Fabricius censor P. Cornelium Rufinum consularem senatu mouit, quod is x argenti pondo facti haberet. lustro a censoribus condito censa sunt capita ciuium CCLXXI CCXXXIIII. cum Ptolemaeo Aegypti rege societas iuncta est. Sextilia uirgo Vestalis damnata incesti uiua defossa est. coloniae deductae sunt Posidonia et Cosa. Carthaginiensium classis auxilio Tarentinis uenit, quo facto ab his foedus uiolatum est. res praeterea contra Lucanos et Bruttios et Samnites feliciter gestas et Pyrrhi regis mortem continet.

1 dum *N* ‖ 3 inualitudinem *ςr* ‖ a consiliis *r* ‖ se *om r* ‖ 5 P. *r* ‖ 6 CCLXXXII *g*, CCLXXXVI *ς*, CCLXXXVIII *ς* ‖ 7 CCXXVII *gς* ‖ 8 quartum *ς* ‖ *num* Nicias, qui? ‖ 10 se regi uenenum *r* ‖ 11 contra Etruscos Lucanos et Brutios et Samnites prospere *r* ‖ 16 dendatus *N* ‖ 17 primus *om r* ‖ 18 item *ς*: iterum *Nς* ‖ pyrrhum iterum *ςr* ‖ 20 is *om ςr* ‖ 22 CCXXIIII *ςr* ‖ 25 carthaginensum clausis *N* ‖ mamertinis *ςr* ‖ 27 lucanos samnites et bruttios *ςr* ‖ regis *om r* ‖

EX LIB. XV.

Victis Tarentinis pax et libertas data est. legio Campana, quae Regium occupauerat, obsessa deditione facta securi percussa est. cum legatos Apolloniatium ad senatum missos quidam iuuenes pulsassent, dediti sunt Apolloniatibus. Picentibus uictis pax data est. coloniae deductae Ariminum in Piceno, Beneuentum in Samnio. tunc primum populus Romanus argento uti coepit. Vmbri et Sallentini uicti in deditionem accepti sunt. quaestorum numerus ampliatus est, ut essent octo.

EX LIB. XVI.

Origo Carthaginiensium et primordia urbis eorum referuntur. contra quos et Hieronem regem Syracusanorum auxilium Mamertinis ferendum senatus censuit, cum de ea re inter suadentes ut id fieret dissuadentesque contentio fuisset; transgressisque tunc primum mare equitibus Romanis aduersus Hieronem saepius bene pugnatum. petenti pax data est. lustrum a censoribus conditum. censa sunt ciuium capita CCCLXXXII CCXXXIIII. Decimus Iunius Brutus munus gladiatorium in honorem defuncti patris primus edidit. colonia Aesernia deducta est. res praeterea contra Poenos et Vulsinios prospere gestas continet.

EX LIB. XVII.

Cn. Cornelius consul a classe Punica circumuentus et per fraudem, uelut in conloquium euocatus, captus est. C. Duillius consul aduersus classem Poenorum prospere pu-

2 nata *N*ς ‖ 4 apollinatium *N*ς ‖ 5 apollinatibus *N*ς ‖ 6 est *om r* ‖ ariminium *N* ‖ 7 uenentum *N* ‖ in Samnio *om N* ‖ populus pro argento *N* ‖ 8 salleni *N*, saleni *gr*, salerni ς ‖ 10 octo *add Sigonius: om N*ς ‖ ut essent octo *om* ς*r* ‖ 12 eorum *om r* ‖ 14 censuit senatus *r* ‖ 16 que *om* ς*r* ‖ tum ς*r* ‖ 18 conditum est ς ‖ 19 CCCLXXII milia CCXXIIII *r* ‖ 20 edidit primus *r* ‖ 22 uulsinos *N*ς, uolcos ς*r* ‖ 25 ueluti ς*r* ‖

gnauit, primusque omnium Romanorum ducum naualis uictoriae duxit triumphum. ob quam causam ei perpetuus quoque honos habitus est, ut reuertenti a cena tibicine canente funale praeferretur. L. Cornelius consul in Sardinia et Corsica contra Sardos et Corsos et Hannonem Poenorum ducem feliciter pugnauit. Atilius Calatinus cos. cum in locum a Poenis circumsessum temere exercitum duxisset, M. Calpurni tribuni militum uirtute et opera euasit, qui cum CCC militibus eruptione facta hostes in se conuerterat. Hannibal dux Poenorum uicta classe cui praefuerat a militibus suis in crucem sublatus est. Atilius Regulus consul uictis nauali proelio Poenis in Africam traiecit.

EX LIB. XVIII.

Atilius Regulus in Africa serpentem portentosae magnitudinis cum magna clade militum occidit, et cum aliquod proeliis bene aduersus Carthaginienses pugnasset, successorque ei a senatu prospere bellum gerenti non mitteretur, id ipsum per literas ad senatum missas questus est, in quibus inter causas petendi successoris, quod agellus eius a mercennariis desertus esset. quaerente deinde fortuna ut magnum utriusque casus exemplum in Regulo proderetur, arcessito a Carthaginiensibus Xanthippo Lacedaemoniorum duce uictus proelio et captus est. res deinde a ducibus Romanis omnibus terra marique prospere gestas deformauerunt naufragia classium. Tib. Coruncanius primus ex plebe pontifex maximus creatus est. M. Sempronius Sophus, M'. Valerius Maximus censores cum senatum legerent, XVI se-

3 quoque *om r* ‖ tibicine canente ς: tibicinae canentes *N*, tibicine canentes *g*, tibicines canentes ς, tibicines canerent et ς*r* ‖ 4 fun, *N* ‖ 5 et Corsica *om r* ‖ 6 calasinus *N* ‖ 7 locum iniquum *r* ‖ duxisset exercitum *r* ‖ 9 conuertit *r* ‖ 14 portentuosae ς ‖ 15 maxima militum clade *r* ‖ 17 ei *om r* ‖ 18 conquestus *r* ‖ 19 successoris erat ς, successoris fuit ς ‖ 20 mercenariis diuastaretur *r* ‖ 22 accersito *r* ‖ 24 deformauere *r* ‖ 26 P. Sempronius *Sigonius* ‖ Sophus *Frobenius:* tofus *N*, stophus *g*, scophus ς*r* ‖ M'. Valerius Maximus *Sigonius:* ualerius maximus ς*r*, *om Ng*ς ‖ 27 regerent *Ng*ς ‖ XIII ς*r*, XL *g* ‖

natu mouerunt. lustrum condiderunt, quo censa sunt ciuium capita CCXCVII DCCXCVII. Regulus missus a Carthaginiensibus ad senatum ut de pace et, si eam non posset impetrare, de commutandis captiuis ageret, set iure iurando adstrictus, rediturum se Carthaginem, si commutari captiuos non placuisset, utrumque negandi auctor senatui fuit, et cum fide custodita reuersus esset, supplicio a Carthaginiensibus de eo sumpto periit.

EX LIB. XVIIII.

Caecilius Metellus rebus aduersus Poenos prospere gestis speciosum egit triumphum, XIII ducibus hostium et CXX elephantis in eo ductis. Claudius Pulcher cos. contra auspicia profectus — iussit mergi pullos, qui cibari nolebant — infeliciter aduersus Carthaginienses classe pugnauit, et reuocatus a senatu iussusque dictatorem dicere Claudium Gliciam dixit, sortis ultimae hominem, qui coactus abdicare se magistratu postea ludos praetextatus spectauit. A. Atilius Calatinus primus dictator extra Italiam exercitum duxit. commutatio captiuorum cum Poenis facta est. coloniae deductae sunt Fregenae et in agro Sallentino Brundisium. lustrum a censoribus conditum est. censa sunt ciuium capita CCXLICCXII. Claudia, soror P. Claudi, qui contemptis auspiciis male pugnauerat, a ludis reuertens cum turba premeretur, dixit 'utinam frater meus uiueret! iterum classem duceret'. ob eam causam multa ei dicta est. duo praetores tunc primum creati sunt. Caecilius Metellus pontifex maximus A. Postumium consulem, quoniam idem et flamen

2 CCCXVII milia CCXCVII *r* ‖ 3 minime impetraret *r* ‖ 4 captiuis commutandis *r* ‖ 5 astrictus est *r* ‖ 6 senatus *Ngς* ‖ 8 perit *N* ‖ 11 speciosissimum *r* ‖ 12 cl. pulcher *Nς* ‖ 13 immergi *ςr* ‖ 15 Claudium Gliciam *Sigonius:* cl. claucia *N*, cl. glauciam *ς*, c. glauciam *ςr*, cn. glauciam *g* ‖ 18 calanus *Nς* ‖ 19 cum Poenis commutatio captiuorum facta est *r* ‖ 20 fregellae *gςr* ‖ et *addidi: om* *Nςr* ‖ 23 dibertens *r* ‖ 24 iterumque *gςr* | 25 multata est *ςr* ‖ pratores *N* ‖ 26 tum *ςr* ‖ 27 aurelium *Ngς* ‖

Martialis erat, cum is ad bellum gerendum proficisci uellet, in urbe tenuit nec passus est a sacris recedere. rebus aduersus Poenos a pluribus ducibus prospere gestis, summam uictoriae C. Lutatius cos. uicta ad Aegates insulas classe Poenorum imposuit. petentibus Carthaginiensibus pax data est. cum templum Vestae arderet, Caecilius Metellus pontifex maximus ex incendio sacra rapuit. duae tribus adiectae sunt, Velina et Quirina.

EX LIB. XX.

Falisci cum rebellassent, sexto die perdomiti in deditionem uenerunt. Spoletium colonia deducta est. aduersus Ligures tunc primum exercitus promotus est. Sardi et Corsi cum rebellassent, subacti sunt. Tuccia uirgo Vestalis incesti damnata est. bellum Illyriis propter unum ex legatis, qui ad eos missi erant, occisum indictum est, subactique in deditionem uenerunt. praetorum numerus ampliatus est, ut essent IIII. Galli transalpini, qui in Italiam inruperant, caesi sunt. eo bello populum Romanum sui Latinique nominis CCC armatorum habuisse dicit. exercitibus Romanis tunc primum trans Padum ductis Galli Insubres aliquod proeliis fusi in deditionem uenerunt. M. Claudius Marcellus cos. occiso Gallorum Insubrium duce Viridomaro opima spolia retulit. Histri subacti sunt. item Illyrii cum rebellassent, domiti in deditionem uenerunt. lustrum a censoribus conditum est. primo lustro censa sunt ciuium capita CCLXX CCXIII ... libertini in quattuor tribus redacti

1 cum ille *r* ‖ 2 a *om r* ‖ 3 prospere *om r* ‖ 4 uictoriam *Ngς* ‖ ad daegatos *N* ‖ 5 finem bello imposuit *r* ‖ 8 esquilina *ςr* ‖ 10 Falisci — uenerunt *in fine periochae libri* XVIIII *r* ‖ 11 spoletum *ςr* ‖ aduersum *r* ‖ liguras *N* ‖ 13 Tuccia *Sigonius:* lucia *Nς*, Tucia *r* ‖ 14 illyricis *ςr* ‖ 16—21 praetorum — uenerunt *bis scripsit N* ‖ 17 eruperant *r* ‖ 18 et bello *Ng*, et eo bello *ς* ‖ populum romanum *Ng:* populus romanus *ςr* ‖ 19 dicit *Nς*: dicitur *gςr* ‖ 20 tum *r* ‖ 21 fusi *om r* ‖ 22 insubrium gallorum *ςr* ‖ uertomaro *Nς* ‖ 23 illyrici *r* ‖ 24 domi *N* ‖ 25 conditum bis *ς* ‖ primo lustro *Nς*: quo lustro *g*, ex quo *r* ‖ 26 CCLXX, altero CCLXXIII *Niebuhrius H. R. II p.* 81 ‖

sunt, cum antea dispersi per omnes fuissent, Esquilinam Palatinam Suburanam Collinam. C. Flaminius censor uiam Flaminiam muniit et circum Flaminium exstruxit. coloniae deductae sunt in agro de Gallis capto Placentia et Cremona.

EX LIB. XXI.

Initia belli Punici secundi facta .. narrat et Hannibalis ducis Poenorum contra foedus per Hiberum flumen transitus. a quo Saguntum sociorum populi Romani ciuitas obsessa octauo mense capta est. de quibus iniuriis missi legati ad Carthaginienses qui quererentur. cum satis facere nollent, bellum eis indictum est. Hannibal superato Pyrenaeo saltu per Gallias, fusis Volcis qui obsistere conati erant ei, ad Alpes uenit et laborioso per eas transitu, cum montanos quoque Gallos obuios aliquod proeliis repulisset, descendit in Italiam et ad Ticinum flumen Romanos equestri proelio fudit. in quo uulneratum P. Cornelium Scipionem protexit filius, qui Africani postea nomen accepit. iterumque exercitu Romano ad flumen Trebiam fuso Hannibal Apenninum quoque permagna uexatione militum propter uim tempestatium transiit. Cn. Cornelius Scipio in Hispania contra Poenos prospere pugnauit duce hostium Magone capto.

1 per omnes *om r* ‖ 2 C. Flaminius — Flaminiam *add Sigonius: om* *N*ς*r* ‖ 3 muniuit ς*r*, minuit ς ‖ 4 sunt *om* ς ‖ de *Frobenius:* a ς*r*, ex ς, *om N*g*ς* ‖ 7 initia *scripsi:* in italia *N*ς, *quod cum praecedentibus coniunxit Gronouius*, in italiam ς*r* ‖ facta *scripsi:* actum *N*ς, acta ς*r*, ortum ς ‖ in Hispania *excidisse puto* ‖ narratur ς, narrantur ς*r* ‖ 8 poenorum ducis ς*r* ‖ amnem ς*r* ‖ 9 $\text{saguntim}^{\text{um}}$ *N*, saguntini ς, saguntus *r* ‖ sociorum *r*, *om N*ς ‖ ciuitas socia obsessa *g* ‖ obsessa *om r* ‖ 13 uolcis ς*:* uolscis ς, uulscis *N*, *om* ς*r* ‖ obsistere ei *r* ‖ et ad *N*ς, et *om* ς*r* ‖ 16 amnem *r* ‖ 20 permagna uexatione *scripsi:* per magnam uexationem *Ng*ς, per maximam uexationem ς*r* ‖ militum uexationem ς*r* ‖ 21 tempestatum ς*r* ‖ c *Ng* ‖

EX LIB. XXII.

Hannibal per continuas uigilias in paludibus oculo amisso in Etruriam uenit, per quas paludes quadriduo et tribus noctibus sine ulla requie iter fecit. C. Flaminius cos., homo temerarius, contra auspicia profectus signibus militaribus effossis quae tolli non poterant, et ab equo quem conscenderat per caput deuolutus, insidiis ab Hannibale circumuentus ad Thrasymenum lacum cum exercitu caesus est. sex milia, quae eruperant fide ab Atherbale data, perfidia Hannibalis uincta sunt. cum ad nuntium cladis Romae luctus esset, duae matres ex insperato receptis filiis gaudio mortuae sunt. ob hanc cladem ex Sibyllinis libris uer sacrum uotum. cum deinde Q. Fabius Maximus dictator aduersus Hannibalem missus nollet acie cum eo confligere, ne contra ferocem tot uictoriis hostem * aduersis proeliis milites pugnare committeret, et opponendo se tantum conatus Hannibalis impediret, M. Minucius magister equitum, ferox et temerarius, criminando dictatorem tamquam segnem et timidum effecit, ut populi iussu aequaretur ei cum dictatore imperium; diuisoque exercitu cum iniquo loco conflixisset et in maximo discrimine legiones eius essent, superueniente cum exercitu Fabio Maximo discrimine liberatus est. quo beneficio uictus castra cum eo iunxit et patrem eum salutauit, idemque facere milites iussit. Hannibal uastata Campania inter Casilinum oppidum et Calliculam montem a Fabio clusus sarmentis ad cornua boum alligatis et incensis praesidium Romanorum quod Calliculam insidebat fugauit et sic transgressus est saltum.

3 uenit in etruriam *ςr* ‖ quatriduo *ςr* ‖ 8 thrasymennum *N*, transimenum *ςr* ‖ 9 ruperant *Ngς* ‖ ab atherbale *Nς*: adherbale *ς*, a maharbale *ςr* ‖ 11 et duae *Nς* ‖ 12 *post* sunt *N addit* quod subito et nimio quis gaudio moriatur ‖ 15 hostem territum *Aldus* ‖ aduersus *N* ‖ 16 militem *ςr* ‖ pugnae *ςr* ‖ tantum modo *r* ‖ 19 efficit *N* ‖ 20 ei imperium cum dictatore aequaretur *r* ‖ 21 in iniquum locum *r* ‖ 24 milites facere commilitonibus iussit *r* ‖ 25 pasilianum *Ngς* ‖ 26 clausus *ςr* ‖ 28 callicula insidebant *N* ‖

idemque Fabi Maximi dictatoris, cum circumposita ureret, agro pepercit, ut illum tamquam proditorem suspectum faceret. Aemilio deinde Paulo et Terentio Varrone cos. et ducibus cum maxima clade aduersus Hannibalem ad Cannas pugnatum est, caesaque eo proelio Romanorum $\overline{\text{XLV}}$ cum Paulo consule et senatoribus XC et consularibus aut praetoriis aut aediliciis XXX. post quae cum a nobilibus adulescentibus propter desperationem consilium de relinquenda Italia iniretur, P. Cornelius Scipio tribunus militum, qui Africanus postea uocatus est, stricto super capita deliberantium ferro iurauit se pro hoste habiturum eum qui in uerba sua non iurasset, effecitque ut omnes non relictum iri a se Italiam iureiurando adstringerentur. propter paucitatem militum $\overline{\text{VIII}}$ seruorum armata sunt. captiui, cum potestas esset redimendi, redempti non sunt. praeterea trepidationem urbis et luctum et res in Hispania meliore euentu gestas continet. Opimia et Florentia Vestales uirgines incesti damnatae sunt. Varroni obuiam itum et gratiae actae, quod de re publica non desperasset.

EX LIB. XXIII.

Campani ad Hannibalem defecere. nuntius Cannensis uictoriae Mago Carthaginem missus anulos aureos corporibus occisorum detractos in uestibulo curiae effudit, quos excessisse modii mensuram traditur. post quem nuntium Hanno, uir ex Poenis nobilibus, suadebat senatui Carthaginiensium ut pacem a populo Romano peterent, nec tenuit obstrepente Barcinae factione. Claudius Marcellus praetor ad Nolam, eruptione aduersus Hannibalem ex oppido facta,

4 magna ς ‖ 6 XC consularibus atque ς*r* ‖ 7 postquam ς, post quam cladem *r* ‖ 9 qui postea Africanus nuncupatus *r* ‖ 11 pro hoste se ς*r* ‖ 12 minime relictum *r* ‖ relictu iri *N* ‖ 13 paucitatem uero *r* ‖ 14 seruorum VIII milia ς*r* ‖ 17 opima *Ng*, opia ς*r* ‖ Floronia *codices Liuii* 57 ‖ 18 itum est et *r* ‖ 21 defecere *r* ‖ 23 a digitis occisorum Romanorum *r* ‖ fudit *r* ‖ 25 hannon *N* ‖ ex Poenis uir *r* ‖ nobilissimus ς*r* ‖ 26 peterent et nec *N* ‖ 27 barcina ς, Barchina *r*, brachina *g* ‖

prospere pugnauit. Casilinum a Poenis obsessum ita fame uexatum est, ut lora et pelles scutis detractas et mures inclusi essent. nucibus per Vulturnum amnem a Romanis missis uixerunt. senatus ex equestri ordine hominibus CXCVII suppletus est. L. Postumius praetor a Gallis cum exercitu caesus est. Cn. et P. Scipiones in Hispania Asdrubalem uicerunt et Hispaniam suam fecerunt. reliquiae Cannensis exercitus in Siciliam relegatae sunt, ne recederent inde nisi finito bello. Sempronius Gracchus cos. Campanos cecidit. Claudius Marcellus praetor Hannibalis exercitum ad Nolam proelio fudit et uicit, primusque tot cladibus fessis Romanis meliorem spem belli dedit. inter Philippum Macedoniae regem et Hannibalem societas iuncta est. praeterea in Hispania feliciter a Publio et T. Manlio praetore aduersus Poenos res gestas continet, a quibus Hasdrubal dux et Mago et Hanno capti. exercitus Hannibalis per hiberna ita luxuriatus est ut corporis animique uiribus eneruaretur.

EX LIB. XXIIII.

Hieronymus Syracusanorum rex, cuius pater Hiero amicus p. R. fuerat, ad Carthaginienses defecit et propter crudelitatem superbiamque a suis interfectus est. Tib. Sempronius Gracchus procos. prospere aduersus Poenos et Hannonem ducem ad Beneuentum pugnauit seruorum maxime opera, quos liberos esse iussit. Claudius Marcellus cos. in Sicilia, quae prope tota ad Poenos defecerat, Syracusas obsedit. Philippo Macedonum regi bellum indictum est, qui ad Apolloniam nocturno proelio obpressus fugatusque in Macedo-

2 item mures *r* ‖ indusi *N*, *om* *r* ‖ 3 et nucibus *ςr* ‖ 4 uixerint *r* ‖ 9 graecus *N* ‖ 10 praetor] procos. *Liuius* 32 ‖ 13 macedonum *ςr* ‖ 14 Cn. Scipionibus, in Sardinia a *excidisse puto* ‖ 15 a quo *Ascensius* ‖ 17 hiberna Capuae ita *r* ‖ est *om* *N* ‖ corporum uiribus atque animorum *r* ‖ 20 auus *Aldus e Liuio* 4 ‖ 22 T. *r* ‖ 23 Hannibalem *r* ‖ 28 in *om* *Nς* ‖

niam cum prope inermi exercitu profugit. ad id bellum gerendum M. Valerius praetor missus. res praeterea in Hispania a P. et Cn. Scipionibus aduersus Carthaginienses gestas continet. a quibus Syphax rex Numidiae in amicitiam adscitus, qui a Masanissa Massyliorum rege pro Carthaginiensibus pugnante uictus in Hispaniam ad Scipionem cum magna manu transiit contra Gades, ubi angusto freto Africa et Hispania dirimuntur. Celtiberi quoque in amicitiam recepti sunt. quorum auxiliis adscitis tunc primum mercennarium militem Romana castra habuerunt.

EX LIB. XXV.

P. Cornelius Scipio, postea Africanus, ante annos aedilis factus. Hannibal urbem Tarenton praeter arcem, in quam praesidium Romanorum fugerat, per Tarentinos iuuenes, qui se noctu uenatum ire simulauerant, cepit. ludi Apollinares ex Marci carminibus, quibus Cannensis clades praedicta fuerat, instituti sunt. a Q. Fuluio et Ap. Claudio cos. aduersus Hannonem Poenorum ducem prospere pugnatum est. Tib. Sempronius Gracchus procos. ab hospite suo Lucano in insidias deductus a Magone interfectus est. Centenius Paenula, qui centurio militauerat, cum petisset a senatu ut sibi exercitus daretur pollicitusque esset, si impetrasset, de Hannibale uictoriam, $\overline{\text{VIII}}$ acceptis militum dux factus conflixit acie cum Hannibale et cum exercitu caesus est. Capua obsessa est a Q. Fuluio et Ap. Claudio

1 perfugit *r* ‖ 2 M. *om ςr* ‖ missus est *ςr* ‖ 4 a quibus *om r* ‖ syfax *N* ‖ Numidarum *r* ‖ 5 adscitus contra Masanissam regem Massilionum pro Carthaginiensibus pugnans *r* ‖ Maesuliorum *codices Liuii* 48 ‖ 6 in Maurusios cum *Gronouius e Liuio* 49 ‖ 7 maxima *r* ‖ 8 Celtiberi — habuerunt *p* 28,2 *post* missus *habent Nςr*, *transposuit Aldus* ‖ 9 auspiciis *Nς* ‖ 12 *num* qui postea*?* ‖ legitimos annos *r* ‖ 13 tarentum *ςr* ‖ in quam – fugerat *om r* ‖ 14 praesidium Romanorum fugerat *post* simulauerant *Nς*, *transposuit Sigonius* ‖ 15 petit *Nς* ‖ 16 martiis *ςr* ‖ 17 aque fuluio *N* ‖ 18 annonem *N* ‖ 19 T. *r* ‖ 20 ductus *ςr* ‖ interemptus *r* ‖ 24 qui cum exercitu eum cecidit *r* ‖ 25 aque fuluio et ab claudio *N* ‖

cos. Cn. Fuluius praetor male aduersus Hannihalem pugnauit. in quo proelio $\overline{\text{XX}}$ hominum ceciderunt; ipse cum equitibus CC effugit. Claudius Marcellus Syracusas expugnauit tertio anno et ingentem se uirum gessit. in eo tumultu captae urbis Archimedes intentus formis quas in puluere descripserat interfectus est. P. et Cn. Scipiones in Hispania tot rerum feliciter gestarum tristem exitum tulerunt, prope cum totis exercitibus caesi anno octauo quam in Hispaniam ierunt. amissaque eius prouinciae possessio foret, nisi L. Marci equitis Romani uirtute et industria, contractis exercituum reliquiis, eiusdem hortatu bina castra hostium expugnata essent. ad $\overline{\text{XXVII}}$ caesa, † ex mille octingentos, praeda ingens capta. dux Marcius appellatus est.

EX LIB. XXVI.

Hannibal ad tertium lapidem ab urbe Roma super Anienem castra posuit. ipse cum duobus milibus equitum usque ad ipsam Capenam portam, ut situm urbis exploraret obequitauit. et cum per triduum in aciem utrimque exercitus omnis descendisset, certamen tempestas diremit; nam cum in castra redisset, statim serenitas erat. Capua capta est a Q. Fuluio et Appio Claudio cos. principes Campanorum ueneno sibi mortem consciuerunt. cum senatus Campanorum deligatus esset ad palos ut securi feriretur, literas a senatu missas Q. Fuluius consul quibus iubebatur parcere, antequam legeret in sinu posuit et lege agi iussit et supplicium peregit. cum comitiis aput populum quaereretur, cui mandaretur Hispaniarum imperium, nullo id uolente

2 $\overline{\text{XVI}}$ *Liuius* 21 ‖ 3 CC *om N* ‖ 4 anno tertio *ςr* ‖ se *om N* ‖ 5 urbis captae *r* ‖ 6 inter defectus *N* ‖ 7 tot tantarumque *r* ‖ exitium *Nς* ‖ 9 iuerant *ςr* ‖ prouintiae *N* ‖ 12 $\overline{\text{XXXVII}}$ *Liuius* 39 ‖ 13 octingentis *ςr* ‖ 'captos ad mille octingentos triginta, praedam ingentem partam' *Liuius* 39 ‖ 15 tertium ab urbe Roma lapidem *r* ‖ 16 ipse uero *r* ‖ 17 ad portam Capenam *r* ‖ Collinam *Perizonius animadu. hist.* 9 *e Liuio* 10 ‖ urbis situm *r* ‖ 18 biduum *Liuius* 11 ‖ 20 rediissent *ςr* ‖ 21 aque fuluio *N* ‖ 22 consciuerunt mortem *r* ‖ 26 in comitiis *r* ‖

suscipere, P. Scipio, P. filius eius, qui in Hispania ceciderat, professus est se iturum, et suffragio populi consensuque omnium missus Nouam Carthaginem expugnauit, cum haberet annos xxiiii uidereturque diuina stirpe creatus, quia et ipse postquam togam acceperat cotidie in Capitolio erat, et in cubiculo matris eius anguis saepe uidebatur. res praeterea gestas in Sicilia continet et amicitiam cum Aetolis iunctam bellumque gestum aduersus Acarnanas et Philippum Macedoniae regem.

EX LIB. XXVII.

Cn. Fuluius procos. cum exercitu ab Hannibale ad Herdoneam caesus est. meliore euentu ab Claudio Marcello cos. aduersus eundem ad Numistronem pugnatum est. inde Hannibal nocte recessit. Marcellus insecutus est et subinde cedentem pressit, donec confligeret. priore pugna Hannibal superior, Marcellus sequenti. Fabius Maximus cos. pater Tarentinos per proditionem recepit. Claudius Marcellus T. Quintius Crispinus cos. speculandi causa progressi e castris insidiis ab Hannibale circumuenti sunt. Marcellus occisus, Crispinus fugit. lustrum a censoribus conditum est. censa sunt ciuium capita cxxxvii cviii; ex quo numero apparuit quantum hominum tot proeliorum aduersa fortuna populo Romano abstulisset. in Hispania ad Baeculam Scipio cum Hasdrubale et Hamilcare conflixit et uicit. inter alia captum regalem puerum eximiae formae ad auunculum Masinissam cum donis dimisit. Has-

1 eius *om r* ‖ 3 uno die expugnauit *r* ‖ 4 cum ageret uigesimum quartum annum *r* ‖ 5 quoniam *r* ‖ 6 saepenumero uisus est *r* ‖ 7 in sicilia gestas ς*r* ‖ 11 ad Herdoneam *Liuius* 1: ad hieroniam *N*ς, *om r* ‖ 12 a ς*r* ‖ 13 Numistronem *r Liuius* 2: numisionem *N*ς ‖ 14 noctu *r* ‖ 15 donec effugeret *r* ‖ 16 superior fuit *r* ‖ insequenti *r* ‖ 17 pater consul ς*r* ‖ per deditionem accepit ς*r* ‖ 18 egressi *r* ‖ 20 occisus fuit *r* ‖ 24 Betuliam *r* ‖ Hasdrubale Hamilcaris *edd uett* ‖ conflixit euicit *N*ς ‖ 25 puerum regalem ς*r* ‖ 26 misit ς*r*, remisit ς ‖

drubal, qui cum exercitu nouo Alpes transcenderat, ut se Hannibali coniungeret, cum milibus hominum LVI caesus est, capta $\overline{\text{V}}$ CCC M. Liui cos. ductu, sed non minore opera Claudi Neronis cos. qui cum Hannibali oppositus esset, relictis castris ita ut hostem falleret, cum electa manu profectus Hasdrubalem circumuenerat. res praeterea a P. Scipione in Hispania et a P. Sulpicio praetore aduersus Philippum et Achaeos gestas continet.

EX LIB. XXVIII.

Res in Hispania prospere gestae a Silano Scipionis legato et ab L. Scipione fratre aduersus Poenos, a Sulpicio procos. socio Attalo rege Asiae aduersus Philippum regem Macedonum pro Aetolis referuntur. cum M. Liuio et Claudio Neroni cos. triumphus decretus esset, Liuius, qui in prouincia sua rem gesserat, quadrigis inuectus est, Nero, qui in collegae prouinciam ut uictoriam eius adiuuaret uenerat, equo secutus est, et in hoc habitu plus gloriae reuerentiaeque habuit; nam et plus in bello quam collega fecerat. ignis in aede Vestae neglegentia uirginis, quae non custodierat, extinctus est; caesa est flagro. P. Scipio in Hispania cum Poenis debellauit XIIII anno eius belli, quinto post anno quam ierat, praeclusisque in totum possessione prouinciae eius hostibus Hispanias recepit; et a Tarracone in Africam ad Syphacem regem Massyliorum transuectus foedus iunxit. Hasdrubal Gisgonis ibi cum eo in eodem lecto cenauit. munus gladiatorium in honorem patris patruique

1 transcenderat alpes ϛ*r* ‖ 3 capta $\overline{\text{v}}$ ccc *om r* ‖ sed *om r* ‖ 5 inimicum *r* ‖ delecta ϛ ‖ 6 praeterea feliciter ϛ ‖ ‖ 8 ascreos *N*ϛ ‖ 10 syllano ϛ*r* ‖ 11 et ab Scipionis legato L. Scipione fratre *Roellius* ‖ 12 procos. attalo ϛ, procos. et ab Attalo *r* ‖ 13 l. neroni *N*ϛ ‖ 17 est secutus ϛ*r* ‖ 20 ipsa caesa *g*, uirgo caesa *r* ‖ 21 debellauit *Frobenius*: bellauit *N*ϛ*r* ‖ anno quinto. postquam *r* ‖ 22 praeclusisque ϛ: perclusisque *N*, exclusisque ϛ*r* ‖ prouinciae *om* ϛ*r* ‖ 23 hispaniam ϛ*r* ‖ a *om r* ‖ 24 Masaesylorum *Delrius e Liuio* 17 ‖ regem Numidarum duobus nauigiis transuectus *r* ‖

Carthagini noua edidit, non ex gladiatoribus, sed ex his qui aut in honorem ducis aut ex prouocatione descendebant; in quo reguli fratres de regno ferro contenderunt. cum Gisia urbs obpugnaretur, oppidani liberos et coniuges rogo extructo occiderunt et se insuper praecipitauerunt. ipse Scipio, dum graui morbo inplicitus est seditionem in parte exercitus motam, confirmatus discussit rebellantesque Hispaniae populos coegit in deditionem uenire. et amicitia facta cum Masinissa rege Numidarum, qui illi auxilium, si in Africam traiecisset, pollicebatur, cum Gaditanis quoque post discessum inde Magonis, cui Carthagine scriptum erat ut in Italiam traiceret, Romam reuersus consulque creatus. Africam prouinciam petenti contradicente Q. Fabio Maximo Sicilia data est, permissumque ut in Africam traiceret, si id e re publica esse censeret. Mago Hamilcaris filius a minore Baleari insula, ubi hiemauerat, in Italiam traiecit.

EX LIB. XXVIIII.

Ex Sicilia C. Laelius in Africam a Scipione missus ingentem praedam reportauit et mandata Masinissae Scipioni exposuit, querentis quod nondum exercitum in Africam traiecisset. bellum in Hispania finitum uictore Romano, quod Indebilis excitauerat; ipse in acie occisus, Mandonius exposcentibus Romanis a suis deditus. Magoni, qui Albingauni in Liguribus erat, ex Africa et militum ampla manus missa et pecuniae quibus auxilia conduceret prae-

1 noua edidit *Drakenborchius:* nouae dedit *Nςr* ‖ 2 in certamen descenderant *r* ‖ 4 Cytibia *r*. Astapa *Liuius* 22 ‖ ab Romanis oppugnaretur *r* ‖ 6 esset *r* ‖ 9 facta est *N* ‖ cum *om Nς* ‖ illi quidem *r* ‖ 11 cum *N*, cum ex *ς*, cui ex *r* ‖ 12 trai*cere*t *N* ‖ 15 si de *Nς*, si ex *r* ‖ 16 hiemarat *r* ‖ 19 c. caecilius *Nς* ‖ 21 conquerentis *r* ‖ non*r* ‖ 23 indibilis *ςr* ‖ madonius *N* ‖ 24 magonis *N* ‖ 25 Albingauni in Liguribus erat *scripsi:* abingauniin liguribus erat *N*, in gallia in liguribus erat *ς*, in Galliam et Liguriani ierat *r* ‖ 26 doceret *Nς*, duceret *ς* ‖

ceptumque ut se Hannibali coniungeret. Scipio a Syracusis in Bruttios traiecit et Locros pulso Punico praesidio fugatoque Hannibale recepit. pax cum Philippo facta est. mater Idaea deportata est Romam a Pessinunte oppido Phrygiae, carmine in libris Sibyllinis inuento, pelli Italia alienigenam hostem posse, si mater Idaea deportata Romam esset. tradita est autem Romanis per Attalum regem Asiae. lapis erat, quem matrem deum incolae dicebant. excepit P. Scipio Nasica Cn. filius eius, qui in Hispania perierat, uir optimus a senatu iudicatus, adulescens nondum quaestorius, quoniam ita responsum iubebat, ut id numen ab optimo uiro reciperetur consecrareturque. Locrenses legatos Romam miserunt, qui de inpudentia Plemini legati quererentur, qui pecuniam Proserpinae sustulerat et liberos eorum ac coniuges stuprauerat. in catenis Romam perductus in carcere est mortuus. cum falsus rumor de P. Scipione procos. qui in Sicilia erat in urbem perlatus esset, tamquam is luxuriaretur, missis ob hoc legatis a senatu, qui explorarent an ea uera essent, purgatus infamia Scipio in Africam permissu senatus traiecit. Syphax accepta in matrimonium filia Hasdrubalis Gisgonis amicitiam quam cum Scipione iunxerat renuntiauit. Masinissa rex Massyliorum dum pro Carthaginiensibus in Hispania militat, amisso patre Galade regno exciderat. quo per bellum saepe repetito aliquod proeliis a Syphace rege Numidarum uictus in totum priuatus est, et cum ducentis equitibus exul Scipioni se iunxit et cum eo primo statim bello Hannonem Hamilcaris filium cum ampla manu interemit. Scipio aduentu Hasdrubalis et Syphacis, qui prope cum centum milibus armatorum uenerant, ab obsidione Vticae depulsus

1 iungeret *r* ‖ 2 pulsos *N* ‖ 4 idaea mater ς*r* ‖ 5 frygiae *N* ‖ 7 autem est ς*r* ‖ 11 habebatur *r* ‖ numen id ς*r* ‖ 13 quod *r* ‖ 14 abstulerat *r* ‖ 15 et *r* ‖ qui in catenis ς, is in catenis *g*, Pleminius in catenis *r* ‖ 16 mortuus est ς*r* ‖ 17 urbe *N* ‖ 18 is *om* *r* ‖ 20 traiecit senatus permissu ς*r* ‖ syfax *N* ‖ accepta filia in matrimonium *r* ‖ 21 amicitiam ς: amicitiae *N*ς*r* ‖ 22 ipse iunxerat ς*r* ‖ Numidarum *r* ‖ 23 Carthagine *r* ‖ 25 syface *N* ‖ 26 exsul *N* ‖

hiberna communiuit. Sempronius cos. in agro Crotoniensi prospere aduersus Hannibalem pugnauit. inter censores M. Liuium et Claudium Neronem notabilis discordia fuit. nam et Claudio collegae ecum ademit, quod a populo damnatus actusque in exilium fuerat, et Liuius Claudio, quod falsum in se testimonium dixisset et quod non bona fide secum in gratiam redisset. idem omnes tribus extra unam aerarias reliquit, quod et innocentem se damnassent et posthac consulem censoremque fecissent. lustrum a censoribus conditum est. censa sunt ciuium capita ccxiiii.

EX LIB. XXX.

Scipio in Africa Carthaginienses et eundem Syphacem Numidiae regem Hasdrubalemque pluribus proeliis uicit adiuuante Masinissa, bina hostium castra expugnauit, in quibus xl hominum ferro ignique consumpta sunt. Syphacem per C. Laelium et Masinissam cepit. Masinissa Sophonisbam uxorem Syphacis, filiam Hasdrubalis, captam statim adamauit et nuptiis factis uxorem habuit; castigatus a Scipione uenenum ei misit, quo illa hausto decessit. effectumque multis Scipionis uictoriis ut Carthaginienses in desperationem acti in auxilium publicae salutis Hannibalem reuocarent. itaque anno xvi Italia decedens in Africam traiecit temptauitque per conloquium pacem cum Scipione conponere, et cum de conditionibus pacis non conuenisset, acie uictus est. pax Carthaginiensibus petentibus data est. Hannibal Gisgonem pacem dissuadentem manu sua detraxit, excusata deinde temeritate facti ipse pacem suasit.

1 protoniensi *N* ‖ 4 liuio collegae *ςr* ‖ 6 minime bona *r* ‖ gratia *N* ‖ 8 et quod postea *r* ‖ postac *N*, postea *ς* ‖ 12 Scipio *om Nς*, *post* Hasdrubalem *aut* uicit *ponunt ς* ‖ in Africa Scipio *r* ‖ syfacem *N* ‖ Numidarum *r* ‖ 14 binaque*r* ‖ 15 syfacem *N* ‖ 16 et masinissam *om ςr* ‖ sofonibam *N* ‖ 18 castigatusque *r* ‖ 19 transmisit quo quidem *r* ‖ hausto illa *ςr* ‖ austo *N* ‖ effectumque est *ςr* ‖ 20 multum *N* ‖ 22 ex Italia reuocarent *r* ‖ euocarent *Nς* ‖ itaque *scripsi:* idque *N*, isque *ςr* ‖ discedens *r* ‖ 25 data est petentibus *ςr* ‖ 26 suadentem *N* ‖

Masinissae regnum restitutum est. reuersus in urbem Scipio amplissimum nobilissimumque egit triumphum, quem Q. Terentius Culleo senator pilleatus secutus est. Scipio Africanus — incertum militari prius fauore an populari aura ita cognominatus sit — primus certe hic imperator uictae a se nomine gentis nobilitatus est. Mago bello, quo in agro Insubrium cum Romanis conflixerat, uulneratus, dum in Africam per legatos reuocatus reuerteretur ex uulnere mortuus est.

EX LIB. XXXI.

Belli aduersus Philippum Macedoniae regem, quod intermissum erat, repetiti causa referuntur hae. tempore initiorum duo iuuenes Acarnanes, qui non erant initiati, Athenas uenerunt et in sacrarium Cereris cum aliis popularibus suis intrauerunt. ob hoc, tamquam summum nefas commisissent, ab Atheniensibus occisi sunt. Acarnanes mortibus suorum commoti ad uindicandos illos auxilium a Philippo petierunt et Athenas obpugnauerunt, Athenienses auxilium a Romanis petierunt post pacem Carthaginiensibus datam quadragesimo anno [ab urbe condita] paucis mensibus [coeptum est autem anno quingentesimo quinto]. cum Atheniensium, qui a Philippo obsidebantur, legati auxilium a senatu petissent, et id senatus ferendum censuisset plebe, cui tot bellorum continuus labor grauis erat, dissentiente, tenuit auctoritas patrum ut sociae ciuitati ferri quoque opem populus iuberet. id bellum P.

6 bello qui *Nς*, qui bello *ς* ‖ 7 insubrum *N* ‖ *puto* cum ‖ 11 filippum *N* ‖ 12 feruntur *ςr* ‖ 13 acarnanis *N* ‖ initiati erant *ςr* ‖ 14 pluribus *ςr* ‖ 15 nefas summum *ςr* ‖ 16 caesi *ςr* ‖ 17 uindicandum *r* ‖ filippo *N* ‖ 20 quadragesimo *scripsi:* quadrangentesimo *N*, quingentesimo *r*, quingentesimo quinquagesimo *Sigonius* ‖ paucis mensibus porta iani clausa est coeptum *ςr* ‖ 22 obsidebantur a philippo *ςr* ‖ 23 senatus id censuisset ferendum *r* ‖ 24 cui *scripsi:* quot *N*, quod *ςr* ‖ 26 ferre quoque opem *Nςr*. *fortasse* nunc quoque ‖ populus quoque *ς* ‖ bellum id *ςr* ‖

Sulpicio consuli mandatum est, qui exercitu in Macedoniam ducto equestribus proeliis prospere cum Philippo pugnauit. Abydeni a Philippo obsessi ad exemplum Saguntinorum suos seque occiderunt. L. Furius praetor Gallos Insubres rebellantes et Hamilcarem Poenum bellum in ea parte Italiae molientem acie uicit. Hamilcar eo bello occisus est et milia hominum xxxv. praeterea expeditiones Philippi regis et Sulpici consulis expugnationesque urbium ab utroque factas continet. Sulpicius consul bellum gerebat adiuuantibus rege Attalo et Rhodiis. triumphauit de Gallis L. Furius praetor.

EX LIB. XXXII.

Conplura prodigia ex diuersis regionibus nuntiata referuntur, inter quae in Macedonia in puppe longae nauis lauream esse natam. T. Quintius Flamininus cos. aduersus Philippum feliciter pugnauit in faucibus Epiri, fugatumque coegit in regnum reuerti. ipse Thessaliam, quae est uicina Macedoniae, sociis Aetolis et Athamanibus uexauit. L. Quintius Flamininus frater consulis nauali proelio Attalo rege et Rhodiis adiuuantibus Euboeam et maritimam oram *. Achaei in amicitiam recepti sunt. praetorum numerus ampliatus est, ut seni crearentur. coniuratio seruorum facta de soluendis Carthaginiensium obsidibus oppressa est, duo milia D necati. Cornelius Cethegus cos. Gallos Insubres proelio fudit. cum Lacedaemoniis et tyranno eorum Nabide amicitia iuncta est. praeterea expugnationes urbium in Macedonia referuntur.

1 macedonia *N* ‖ 2 cum philippo prospere *ςr* ‖ 3 aboedeni *N* ‖ 4 insubras *N* ‖ 5 italiae *om ςr* ‖ 6 eo in bello *r* ‖ 9 bellum gerebat *post* Rhodiis *ponit r* ‖ 14 puppi *r* ‖ 17 thesaliam *Nς* ‖ 18 acarnanibus *ςr* ‖ 19 consulis frater *ςr* ‖ nauali proelio *om ς* ‖ 21 oram cepit *r* ‖ 22 senio *N* ‖ 23 Carthaginiensibus *r* ‖ 24 D *om ςr* ‖ necati sunt *r* ‖

EX LIB. XXXIII.

T. Quintius Flamininus procos. cum Philippo ad Cynoscephalas in Thessalia acie uicto debellauit. L. Quintius Flamininus ille frater procos. Acarnanas, Leucade urbe quod caput est Acarnanum expugnata, in deditionem accepit. pax petenti Philippo Graecia liberata data est. Attalus ab Thebis ob subitam ualetudinem Pergamum translatus decessit. C. Sempronius Tuditanus praetor ab Celtiberis cum exercitu caesus est. L. Furius Purpurio et Claudius Marcellus cos. Boios et Insubres Gallos subegerunt. Marcellus triumphauit. Hannibal frustra in Africa bellum molitus et ob hoc Romanis per epistulas ab aduersae factionis principibus delatus propter metum Romanorum, qui legatos ad senatum Carthaginiensium de eo miserant, profugus ad Antiochum Syriae regem se contulit bellum aduersus Romanos parantem.

EX LIB. XXXIIII.

Lex Oppia, quam C. Oppius trib. pl. bello Punico de finiendis matronarum cultibus tulerat, cum magna contentione abrogata est, cum Porcius Cato auctor fuisset ne ea lex aboleretur. is in Hispaniam profectus bello, quod Emporiis orsus est, .. citeriorem Hispaniam pacauit. T. Quintius Flamininus bellum aduersus Lacedaemonios et tyrannum eorum Nabidem prospere gestum data his pace, qualem ipse uolebat, liberatisque Argis, qui sub ditione tyranni erant, finiuit. res praeterea in Hispania et aduersus Boios et

2 cynocefalas *N* ‖ 4 ille *om ςr* ‖ quae *ςr* ‖ 5 Acarnaniae *r* ‖ 6 Graeciae libertas *r* ‖ a thebis *ςr* ‖ 9 Purpurio *om r* ‖ 12 ab *addidi: om Nςr* ‖ principum *r*, principium *g* ‖ 14 carthaginiensium senatum *ςr* ‖ 15 regem syriae *ςr* ‖ contra *r* ‖ 18 C. *Aldus:* cn. *Nςr* ‖ 19 finiendis *ς*: fingendis *Nς*, stringendis *gr* ‖ cultibus matronarum *r* ‖ maxima *r* ‖ 21 emptoris *N*, Emporius *r* ‖ 24 eis *ςr* ‖ 25 uolebat *ςr* ‖ liberatosque *N* ‖ 26 finit *N* ‖ atque *r* ‖ bolos *N* ‖

Insubres Gallos feliciter gestae referuntur. senatus tunc primum secretus a populo ludos spectauit. id ut fieret Sex. Aelius Paetus et C. Cornelius Cethegus censores interuenerunt cum indignatione plebis. coloniae plures deductae sunt. M. Porcius Cato de Hispania triumphauit. T. Quintius Flamininus, qui Philippum Macedonum regem et Nabidem Lacedaemoniorum tyrannum uicerat Graeciamque omnem liberauerat, ob hanc rerum gestarum multitudinem triduo triumphauit. legati Carthaginiensium nuntiauerunt Hannibalem, qui ad Antiochum confugerat, bellum cum eo moliri. temptauerat autem Hannibal per Aristonem Tyrium sine litteris Carthaginem missum ad bellandum Poenos concitare.

EX LIB. XXXV.

P. Scipio Africanus legatus ad Antiochum missus Ephesi cum Hannibale, qui se Antiocho adiunxerat, conlocutus est ut, si fieri posset, metum ei quem ex populo Romano conceperat eximeret. inter alia cum quaereret, quem fuisse maximum imperatorem Hannibal crederet, respondit Alexandrum Macedonum regem, quod parua manu innumerabiles exercitus fudisset quodque ultimas oras, quas uisere supra spem humanam esset, peragrasset. quaerenti deinde, quem secundum poneret, Pyrrhum inquit castra metari primum docuisse, ad hoc neminem elegantius loca cepisse, praesidia disposuisse. exsequenti, quem tertium diceret, semet ipsum dixit. ridens Scipio 'quidnam tu diceres, si me' inquit 'uicisses?' 'tunc uero me' inquit 'et ante Alexandrum et ante Pyrrhum et ante alios posuissem'.

2 id ut *scripsi:* id *om* *Nς*, ut id *r* ‖ 3 C. *Sigonius:* l. *Nςr* ‖ 8 hoc *Ng* ‖ factarum *ςr* ‖ 11 Hannibal *om r* ‖ 12 rebellandum *r* ‖ 14 EX LIB. XXXV *post* posuissem *p.* 38,28 *Nςr* ‖ 15 missus ad Antiochum *r* ‖ 16 iunxerat *ςr* ‖ 17 metum uitae quam *r* ‖ 18 quaereret ab hannibale *ςr* ‖ 19 hannibal *om ςr* ‖ 22 supra fidem *ςr* ‖ 23 inquit Pyrrhum *r* ‖ eo quod castra *ςr* ‖ 24 docuisset *ςr* ‖ ad haec *ςr* ‖ 26 duceret *Dukerus* ‖ ipsum *om r* ‖ 27 inquit me *ςr* ‖

inter cetera prodigia, quae plurima fuisse traduntur, bouem Cn. Domitii cos. locutam 'Roma caue tibi' refertur. Nabis Lacedaemoniorum tyrannus incitatus ab Aetolis, qui et Philippum et Antiochum ad inferendum bellum populo Romano sollicitabant, cum a populo Romano desciuisset bello aduersus Philopoemenen Achaeorum praetorem gesto ab Aetolis interfectus est. Aetoli quoque ab amicitia populi Romani defecerunt. cum societate * iuncta Antiochus Syriae rex bellum Graeciae intulisset, complures urbes occupauit, inter quas Chalcidem et totam Euboeam. res praeterea in Liguribus gestas et adparatum belli ab Antiocho continet.

EX LIB. XXXVI.

Acilius Glabrio cos. Antiochum ad Thermopylas Philippo rege adiuuante uictum Graecia expulit, idemque Aetolos subegit. P. Cornelius Scipio Nasica cos. aedem matris deum, quam ipse in Palatium intulerat uir optimus a senatu iudicatus, dedicauit. idemque Boios Gallos uictos in deditionem accepit, et de his triumphauit. praeterea naualia certamina prospera aduersus praefectos Antiochi regis referuntur.

EX LIB. XXXVII.

L. Cornelius Scipio cos. legato Scipione Africano fratre — qui se legatum fratris futurum dixerat, si ei Graecia prouincia decerneretur, cum C. Laelio, qui multum in senatu poterat, ea prouincia dari uideretur — profectus ad bellum aduersus Antiochum regem gerendum, primus

1 interea prodigia *ςr* ‖ 2 Domitio consule *r* ‖ locutum *ςr* ‖ 3 nauis *N* ‖ aetoliis *N* ‖ 5 sollicitabat *Nς* ‖ cum *addidi: om Nςr* ‖ desciuisset bello *scripsi:* desciuisse et bellũm *N*, desiuisse traditur et bello *g* ‖ 6 philopoemenem *ςr* ‖ 7 aetolis et alexameno *ς* ‖ 8 cum quibus societate *gr* ‖ 9 rex cum *gr* ‖ 10 calchidem *N*, colchidem *g* ‖ 13 attilius *ςr* ‖ apud *r* ‖ 17 itemque *N* ‖ et gallos *ςr* ‖ 18 iis *ςr* ‖ 22 P. Scipione *r* ‖ 23 Graecia et Asia *r* ‖ 26 regem *om r* ‖ gerendum in Asiam primus *r* ‖

omnium Romanorum ducum in Asiam traiecit. Regillus aduersus regiam classem Antiochi feliciter pugnauit ad Myonnesum Rhodiis iuuantibus. filius Africani captus ab Antiocho patri remissus est. uicto deinde Antiocho ab L. Cornelio Scipione adiuuante Eumene rege Pergami, Attali filio, pax data est ea conditione ut omnibus prouinciis citra Taurum montem cederet. L. Cornelius Scipio, qui cum Antiocho debellauerat, cognomine fratri exaequatus Asiaticus appellatus. Eumenis, quo iuuante Antiochus uictus erat, regnum ampliatum. Rhodiis quoque, qui et ipsi iuuerant, quaedam ciuitates concessae. colonia deducta est Bononia. Aemilius Regillus, qui praefectos Antiochi nauali proelio deuicerat, naualem triumphum duxit. M'. Acilius Glabrio de Antiocho, quem Graecia expulerat, et de Aetolis triumphauit.

EX LIB. XXXVIII.

M. Fuluius cos. in Epiro Ambracienses obsessos in deditionem accepit, Cephaleniam subegit, Aetolis perdomitis pacem dedit. Cn. Manlius cos. collega eius Gallograecos, Tolostobogios et Tectosagos et Trocmos, qui Brenno duce in Asiam transierant cum soli citra Taurum montem non parerent, uicit. eorum origo, et quo modo ea loca quae tenent occupauerint refertur. exemplum quoque uirtutis et pudicitiae in femina traditur. quae cum regis Gallograecorum uxor fuisset, capta centurionem qui ei uim intulerat occidit. lustrum a censoribus conditum est. censa

1 Aemilius Regillus *r* ‖ 3 rhodis *N* ‖ adiuuantibus *r* ‖ ab antiocho captus *ςr* ‖ 4 a *ςr* ‖ 5 attali pergami *Nς*, Attali Pergameni *r* ‖ 6 est *om r* ‖ 8 coaequatus *r* ‖ 9 appellatus est *ςr* ‖ eumanes *N*, eumenis *ς* ‖ 10 rhodis *N* ‖ 11 colonia — Bononia *post* appellatus *p.* 40,9 *ponunt Nςr* ‖ 12 nauali certamine uicerat *r* ‖ 13 m. *Nςr* ‖ 17 L. Fuluius *r* ‖ ambrachienses *N* ‖ per deditionem *r* ‖ 18 cefallaniam *Nς* ‖ 20 tolosobogios *N* ‖ toctosagios *N* ‖ 21 minime *r* ‖ 22 apparerent *N* ‖ quo modo *scripsi:* quoniam *Nς*, cum *ςr*, quando *ς*, quem ad modum *ς* ‖ 23 occupaueruntque *ςr* ‖ refertur *ς*: referuntur *Nςr* ‖ 25 fuerit *ς*, fuerat *r* ‖

sunt ciuium capita CCLVIII CCCX. cum Ariarathe Cappadociae rege amicitia iuncta est. Cn. Manlius contradicentibus x legatis, ex quorum consilio foedus cum Antiocho conscripserat, de Gallograecis acta pro se causa in senatu triumphauit. Scipio Africanus die ei dicta, ut quidam tradunt, a Q. Petillio tr. pl., ut quidam, a Naeuio, quod praeda ex Antiocho capta aerarium fraudasset, posteaquam is dies uenit, euocatus in rostra 'hac die' inquit 'Quirites, Carthaginem uici' et prosequente populo Capitolium escendit. inde ne amplius tribuniciis iniuriis uexaretur in uoluntarium exilium Liternum concessit. incertum ibi an Romae defunctus sit; nam monumentum eius utrobique fuit. L. Scipio Asiaticus frater Africani eodem crimine peculatus accusatus damnatusque cum in uincula et carcerem duceretur, Tib. Sempronius Gracchus tr. pl., qui antea Scipionibus inimicus erat, intercessit et ob id beneficium Africani filiam duxit. cum quaestores in bona eius publice possidenda missi essent, non modo in his ullum uestigium pecuniae regiae apparuit, sed nequaquam tantum redactum, quantae summae erat damnatus. conlatam a cognatis et amicis innumerabilem pecuniam accipere noluit; quae necessaria ei erant ad cultum redempta.

EX LIB. XXXVIIII.

M. Aemilius cos. Liguribus subactis uiam Placentia usque Ariminum perductam Flaminiae iunxit. initia luxuriae in urbem introducta ab exercitu Asiatico referuntur. Ligures, quicumque citra Apenninum erant, subacti sunt. Baccha-

1 CCLVIIII milia CCCXXX *ςr* ‖ 2 rege cappadociae *ςr* ‖ 4 per se *r* ‖ 5 aiunt *r* ‖ 6 a Petilio Acteio *r* ‖ 8 quicaptes *N* ‖ 9 adscendit *ςr* ‖ 11 Liternum *om Nς* ‖ 12 sit *om r* ‖ eius monumentum *ςr* ‖ 13 peculatus crimine *ςr* ‖ 16 fuerat *ς* ‖ 17 cum populus quaestores *r*, cum praetor quaestores *Sigonius* ‖ 18 missi essent *Gronouius:* misissent *Nς*, misisset *r* ‖ 19 in erarium redactum *r* ‖ 21 necessitati *r* ‖ 24 M. *om r* ‖ aemulius *N* ‖ a Placentia *r*, placentiam *N* ‖ 25 in urbem *om ςr* ‖ 27 sublati *N* ‖

nalia, sacrum Graecum et nocturnum, omnium scelerum seminarium, cum ad ingentis turbae coniurationem peruenisset, inuestigatum et multorum poena sublatum est. a censoribus L. Valerio Flacco et M. Porcio Catone, et belli et pacis artibus maximo, motus est senatu L. Quintius Flamininus, T. frater, eo quod, cum Galliam prouinciam consul optineret, rogatus a Poeno Philippo quem amabat, scorto nobili, Gallum quendam sua manu occiderat siue, ut quidam tradiderunt, unum ex damnatis securi percusserat rogatus a meretrice Placentina, cuius amore deperibat. extat oratio M. Catonis in eum. Scipio Literni decessit et, tamquam iungente fortuna circa idem tempus duo funera maximorum uirorum, Hannibal a Prusia Bithyniae rege, ad quem uicto Antiocho confugerat, cum dederetur Romanis, qui ad exposcendum eum T. Quintium Flamininum miserant, ueneno sibi mortem consciuit. Philopoemen quoque, dux Achaeorum, uir maximus, a Messeniis occisus ueneno, cum ab eis bello captus esset. coloniae Potentia et Pisaurum et Mutina et Parma deductae sunt. praeterea res aduersus Celtiberos prospere gestas et initia causasque belli Macedonici continet. cuius origo inde fluxit, quod Philippus aegre ferebat regnum suum a Romanis imminui, et quod cogeretur a Thracibus aliisque locis praesidia deducere.

EX LIB. XL.

Cum Philippus liberos eorum, quos in uinculis habebat, nobilissimum hominum conquiri ad mortem iussisset, Theo-

1 et quidem *r* ‖ scelerum omnium *ςr* ‖ 2 maximum seminarium *r* ‖ iungentis *N* ‖ peruenit sed *N* ‖ 3 a consule inuestigatum *r* ‖ 4 m. ualerio flacco *Nςr* ‖ ualerio catone *N* ‖ 6 T. *om* *Nς* ‖ quintii frater *ςr* ‖ 7 obtinuerat *ςr* ‖ poenio *Nςr* ‖ philippo poeno *ς* ‖ 9 unum damnatorum *r* ‖ 11 in eum m. catonis oratio *ςr* ‖ 12 lugente *Nς* ‖ id *ςr* ‖ 15 illum *r* ‖ T. *om* *r* ‖ 17 interemptus *r* ‖ 18 Potentia *Sigonius:* polentia *Nςr* ‖ 20 aduersum *r* ‖ 21 inde uenit *r* ‖ 22 minui a romanis *ςr* ‖ 26 uinculis nobilissimorum (quidem *add* *r*) hominum habebat *ςr* ‖

xena, uerita pro liberis suis admodum pueris regis libidinem, prolatis in medium gladiis et poculo in quo uenenum erat suasit his, ut imminens ludibrium morte effugerent et cum persuasisset, et ipsa se interemit. certamina inter filios Philippi Macedoniae regis Persen et Demetrium referuntur; et ut fraude fratris sui Demetrius fictis criminibus, inter quae accusatione parricidii et adfectati regni, primum petitus ad ultimum, quoniam populi Romani amicus erat, ueneno necatus est, regnumque Macedoniae mortuo Philippo ad Persen deuenit. item res in Liguribus et Hispania contra Celtiberos a conpluribus feliciter gestas continet. colonia Aquileia deducta est. libri Numae Pompili in agro L. Petilli scribae sub Ianiculo a cultoribus agri arca lapidea clusi inuenti sunt et Graeci et Latini. in quibus cum pleraque dissoluendarum religionum praetor, ad quem delati erant, legisset, iurauit senatui, contra rem publicam esse ut legerentur seruarenturque. ex SC. in comitio exusti sunt. Philippus aegritudine animi confectus, quod Demetrium filium falsis alterius filii in eundem delationibus impulsus ueneno sustulisset, de poena Persei cogitauit uoluitque Antigonum potius amicum suum successorem regni sui relinquere, sed in hac cogitatione morte raptus est. Perseus regnum excepit.

EX LIB. XLI.

Ignis in aede Vestae extinctus est. Tib. Sempronius Gracchus procos. Celtiberos uictos in deditionem accepit, monu-

1 suis et sororis uerita *r* ‖ 2 erat uenenum *ςr* ‖ 4 persuasisset ipsa etiam se *ςr* ‖ 5 filios *om ςr* ‖ regis filios *ς*, regis liberos *r* ‖ Perseum *r* ‖ 6 confictis *r* ‖ 7 inter quem *Ng* ‖ accusationem *ςr* ‖ adfecti *Frobenius:* adfectatione *Nς*, affectionem *rς* ‖ 8 primus *Nς* ‖ ferro petitus *ςr* ‖ 10 Perseum *r* ‖ 11 quam pluribus *ςr* ‖ 13 Petilii *r* ‖ a *om ςN* ‖ 14 in arca *r* ‖ 14 clausi et graeci et latini inuenti sunt *ςr* ‖ 15 pleraque *scripsi:* plura quae *Nςr* ‖ cum *om r* ‖ quae *om ς* ‖ religionum erant *r* ‖ 16 cum legisset *r* ‖ 17 et ex *r* ‖ 20 et de *Nςr.* et *deleuit Dukerus* ‖ 23 regnum perseus accepit *ςr* ‖ 25 extinctus et *N* ‖ T. *r* ‖

mentumque operum suorum Gracchurim oppidum in Hispania constituit. et a Postumio Albino procos. Vaccaei ac Lusitani subacti sunt. uterque triumphauit. Antiochus Antiochi filius obses a patre Romanis datus, mortuo fratre Seleuco, qui patri defuncto successerat, in regnum Syriae ab urbe dimissus. qui praeter religionem, qua multa templa magnifica multis locis erexit, Athenis Iouis Olympii et Antiochiae Capitolini, uilissimum regem egit. lustrum a censoribus conditum est. censa sunt ciuium capita CCLVIII CCXCIIII. Q. Voconius Saxa tr. pl. legem tulit ne quis mulierem heredem institueret. suasit legem M. Cato. extat oratio eius. praeterea res aduersus Ligures et Histros et Sardos et Celtiberos a conpluribus ducibus prospere gestas et initia belli Macedonici continet, quod Perseus Philippi filius moliebatur. miserat ad Carthaginienses legationem; ea ab his nocte audita erat. sed et alias Graeciae ciuitates sollicitabat.

EX LIB. XLII.

Q. Fuluius Flaccus censor templum Iunonis Laciniae tegulis marmoreis spoliauit, ut aedem quam dedicauerat tegeret. tegulae ex SC. reportatae. Eumenes Asiae rex in senatu de Perseo Macedoniae rege questus est, cuius iniuriae in populum Romanum referuntur. ob quas bello ei indicto P. Licinius Crassus cos., cui mandatum erat, in Macedoniam transiit leuibusque expeditionibus, equestribus procliis in Thessalia cum Perseo * euentu pugnauit.

1 Gracchurim *Frobenius:* gracchurum *N*, gracchorum *ςr* ‖ 3 de utrisque *r* ‖ 4 Romanis a patre *r* ‖ 6 qui — egit *post* sollicitabat *p.* 44,17 *habent Nςr, transposuit Gronouius* ‖ qua *Gronouius:* quam *Nς*, qua quam *r* ‖ 7 sociis *Nς* ‖ 8 Capitolini *add Sigonius e Liuio* 20*: om Nςr* ‖ 10 CCLXIII milia *r* ‖ Voconius *Sigonius:* uolonius *Nς*, Volumnius *r* ‖ 11 heredem mulierem *ςr* ‖ 12 contra *r* ‖ liguras *N* ‖ et *om r* ‖ 13 et *om r* ‖ 13 prospere *om r* ‖ gestas continet et *r* ‖ 16 ea *scripsi:* et *Nςr* ‖ 19 iunonis latasine *N* ‖ 20 dedicabat *r* ‖ 24 cui Macedonia decreta erat *r* ‖ 26 prospero euentu *ς*, felici euentu *ς*, parum felici euentu *r* ‖

inter Masinissam et Carthaginienses de agro fuit lis. dies eis ad disceptandum a senatu datus. legati missi ad socias ciuitates regesque rogandos ut in fide permanerent, dubitantibus Rhodiis. lustrum a censoribus conditum est. censa sunt ciuium capita CCLXVII CCXXXI. res praeterea aduersus Corsos et Ligures prospere gestas continet.

EX LIB. XLIII.

Praetores aliquod eo quod auare et crudeliter prouincias administrauerant damnati sunt. P. Licinius Crassus procos. conplures in Graecia urbes expugnauit et crudeliter corripuit. ob id captiui, qui ab eo sub corona uenierant, ex SC. postea restituti sunt. item a praefectis classium Romanarum multa inpotenter in socios facta. res a Perse rege in Thracia prospere gestas continet uictis Dardanis et Illyria, cuius rex erat Gentius. motus, qui in Hispania ab Olonico factus erat, ipso interempto consedit. M. Aemilius Lepidus a censoribus princeps senatus lectus.

EX LIB. XLIIII.

Q. Marcius Philippus per inuios saltus penetrauit in Macedoniam et conplures urbes occupauit. Rhodii miserunt legatos Romam, minantes ut Perseo auxilio essent, nisi populus Romanus cum illo pacem adque amicitiam iungeret. indigne id latum. cum id bellum L. Aemilio Paulo sequentis anni cos. iterum mandatum esset, Paulus in

1 fuit lis. dies eis *scripsi:* fuit dictis *N*, fuit dies ϛ*r*, quaestio fuit dies eis ϛ, fuit arbiter ϛ ‖ 2 ciuitates socias et reges ϛ*r* ‖ 4 rhodis *N* ‖ 5 CCLVII milia ϛ*r*, CCXLVII milia ϛ. CCLXVIIII milia et XV *Liuius* 10 ‖ 9 administrassent ϛ*r* ‖ 10 quamplures ϛ*r* ‖ 11 diripuit *r* ‖ sub corona *om r* ‖ 12 ex SC. *r:* et *N*ϛ, etsi ϛ, et ipsi *g* ‖ item *om r* ‖ 13 romanorum *N*ϛ ‖ res praeterea *r* ‖ perseo ϛ*r* ‖ 14 et uictis *N*ϛ*r*, et *del Frobenius* ‖ 15 illyrico ϛ*r* ‖ gento *N*, genio *g*, gemino ϛ ‖ 16 clenico ϛ ‖ 17 senatus *om N*ϛ, in senatu *r* ‖ 19 inuios *om r* ‖ in *om N* ‖ 20 compluresque (*om* et) ϛ*r* ‖ misere ϛ*r* ‖ 21 fore ut *Perizonius* ‖ minantes se perseo auxilio futuros ϛ ‖ essent auxilio *r* ‖ 22 cum eo ϛ*r* ‖ coniungeret *r* ‖

contione precatus, ut quidquid diri populo Romano immineret in suam domum conuerteretur, et in Macedoniam profectus uicit Persen totamque Macedoniam in potestatem redegit. antequam confligeret, * praedixit exercitui, ne miraretur, quod luna nocte proxima defectura erat. Gentius quoque rex Illyricorum cum rebellasset, a L. Anicio praetore uictus uenit in deditionem et cum uxore ac liberis et propinquis Romam missus est. legati Alexandrini a Cleopatra et Ptolemaeo regibus uenerunt querentes de Antiocho rege Syriae, quod is bellum inferret. Perseus sollicitatis in auxilium Eumene rege Pergami et Gentio rege Illyricorum, quia is pecuniam quam promiserat non dabat, relictus ab his est.

EX LIB. XLV.

Perseus ab Aemilio Paulo in Samothrace captus est. cum Antiochus Syriae rex Ptolemaeum et Cleopatram Aegypti reges obsideret et missis ad eum a senatu legatis, qui iuberent ab obsidione socii regis absisteret, editisque mandatis consideraturum se quid faciendum esset respondisset, unus ex legatis Popilius uirga regem circumscripsit iussitque, ante quam circulo excederet responsum daret. qua asperitate effecit ut Antiochus bellum omitteret. legationes gratulantium populorum adque regum in senatu admissae, Rhodiorum, qui eo bello contra populum Romanum * fauerant, exclusa. postera die cum de eo quaereretur ut eis bellum indiceretur, causam in senatu patriae suae

1 precatus est ut *r* ‖ quitquit *N* ‖ 2 supra domum suam *r* ‖ 3 Perseum uicit uniuersamque *r* ‖ 4 confligeret C. Sulpicius Gallus tribunus militum praedixit *Sigonius e Liuio* 37 ‖ 5 erit *N*, esset *ςr* ‖ 6 a licinio *ςr*, a lacinio *g* ‖ 7 et liberis *ςr* ‖ 8 est *om* *Nr* ‖ ab alexandria legati *ςr*, ex alexandria legati *ς* ‖ 9 quaerentes *N* ‖ 10 persaeus *N* ‖ 12 minime dabat ab iis relictus est *r* ‖ 15 Samothracia *r* ‖ 18 socii *r*: solo *Nς* ‖ 19 se ille quid *r* ‖ faciundum *r* ‖ 20 unus legatorum *r* ‖ 22 efficit *N* ‖ 23 ac *r* ‖ senatum *r* ‖ 24 quia *ςr* ‖ 25 fuerant *ςr*. *fortasse* regi fauerant ‖ postero *r* ‖

legati egerunt; nec tamquam socii, nec tamquam hostes dimissi. Macedonia in prouinciae formam redacta Aemilius Paulus repugnantibus militibus ipsius propter minorem praedam et contradicente Seruio Sulpicio Galba triumphauit et Persen cum tribus filiis duxit ante currum. cuius triumphi laetitia ne solida ei contingeret, duorum filiorum funeribus insignita est, quorum alterius mors triumphum patris praecessit, alterius secuta est. lustrum a censoribus conditum est. censa sunt ciuium capita CCCXII DCCCV. Prusias Bithyniae rex Romam ut senatui gratias ageret ob uictoriam ex Macedonia partam uenit et Nicomeden filium senatui commendauit. rex plenus adulationis libertum se populi Romani dicebat.

EX LIB. XLVI.

Eumenes rex Romam uenit, qui Macedonico bello medium egerat. ne aut hostis iudicatus uideretur, si exclusus esset, aut liberatus crimine, si admitteretur, in commune lex lata est ne cui regi Romam uenire liceret. Claudius Marcellus cos. Alpinos Gallos, C. Sulpicius Gallus cos. Ligures subegit. legati Prusiae regis questi sunt de Eumene, quod fines suos popularetur, dixeruntque eum conspirasse cum Antiocho aduersus populum Romanum. societas cum Rhodiis deprecantibus iuncta est. lustrum a censoribus conditum est. censa sunt ciuium capita CCCXXXVII XXII. princeps senatus M. Aemilius Lepidus. Ptolemaeus Aegypti rex pulsus regno a minore fratre missis ad eum legatis restitutus est. Ariarathe Cappadociae rege mortuo filius

1 gerunt *Nς* ‖ hostes *et* socii *transponit r* ‖ 3 eius *ςr* ‖ 5 perseum *ςr* ‖ ante currum duxit *ςr* ‖ 7 patris triumphum *r* ‖ 9 conditum est a censoribus *ςr* ‖ frusias *N* ‖ 10 gratularetur *Frobenius* ‖ 12 adolationis *N* ‖ 13 esse dicebat *r* ‖ 15 qui quia *ςr* ‖ se medium *r* ‖ 16 inimicus *r* ‖ 17 communem *N*, comitio *gr* ‖ res *Nς* ‖ 18 cuiquam *r* ‖ 19 cos. *om r* ‖ 20 conquesti *r* ‖ 22 contra *r* ‖ 22 rhodis *N* ‖ 23 deprecantibus Rhodiis *ςr* ‖ 24 censa eo sunt *ςr* ‖ CCCXXVII milia *ςr* ‖ 25 senatus lectus *r* ‖ Aegyptiorum rex a minore fratre e regno pulsus *r* ‖ 27 in regnum restitutus *ςr* ‖

eius Ariarathes regnum accepit et amicitiam cum populo Romano per legatos renouauit. res praeterea aduersus Ligures et Corsos et Lusitanos uario euentu gestas et motus Syriae mortuo Antiocho, qui filium Antiochum puerum admodum reliquerat, continet. hunc Antiochum puerum cum Lysia tutore Demetrius Seleuci filius, qui Romae obses fuerat, clam, quia non dimittebatur, a Roma * interemit et ipse in regnum receptus. L. Aemilius Paulus, qui Persen uicerat, mortuus. cuius tanta abstinentia fuit, ut, cum ex Hispania et ex Macedonia immensas opes retulisset, uix ex auctione eius redactum sit unde uxori eius dos solueretur. Pomptinae paludes a Cornelio Cethego cos., cui ea prouincia euenerat, siccatae agerque ex iis factus.

EX LIB. XLVII.

Cn. Tremellio pr. multa dicta est, quod cum M. Aemilio Lepido pontifice maximo iniuriose contenderat, sacrorumque quam magistratuum ius potentius fuit. lex de ambitu lata. lustrum a censoribus conditum est. censa sunt ciuium capita $\overline{\text{cccxxviii}}$ cccxvi. princeps senatus sextum Aemilius Lepidus. inter Ptolemaeos fratres, qui dissidebant, foedus ictum ut alter Aegypto, alter Cyrenis regnaret. Ariarathes Cappadociae rex consilio Demetri Syriae regis et uiribus pulsus regno a senatu restitutus est. missi a senatu, qui inter Masinissam et Carthaginienses de agro iudicarent. C. Marcius cos. aduersus Dalmatas primum parum prospere, postea feliciter pugnauit, cum quibus bello confligendi

1 accepit regnum *r* ‖ 2 per legatos cum populo Romano *r* ‖ liguras *N* ‖ Ligures Corsos *r* ‖ 6 lusia *N* ‖ Romam obses missus fuerat *r* ‖ 7 minime *r* ‖ romanis *ςr* ‖ elapsus *add Gronouius* ‖ 8 Aemilius Paulus — mortuus *Frobenius:* aemilio paulo — mortuo *Nςr* ‖ perseum *ςr* ‖ 9 tanta eius *ς* ‖ ex *om r* ‖ 10 maximas *r* ‖ 11 bonorum eius *r* ‖ est unde dos uxori eius redderetur *r* ‖ tremelio *gr* ‖ 16 tr. pl. *gr* ‖ sacrorum quoque magistratuum *ςr*, sacrorumque magistratuum *ς* ‖ 19 $\overline{\text{cccxxviii}}$ milia *ς* ‖ cccxiiii *ς*, cccxxii *g* ‖ princeps senatus sextum *scripsi:* princeps sex *Nς* ‖ 21 in Aegypto *r*, Aegypti *Gronouius* ‖ 22 regis Syriae *r* ‖ 23 legati qui *r* ‖ 25 aduersum *r* ‖ parum prospere primum *r* ‖

causa fuit, quod Illyrios socios populi Romani uastauerant; eandemque gentem Cornelius Nasica cos. domuit. Q. Opimius cos. transalpinos Ligures, qui Massiliensium oppida Antipolim et Nicaeam uastabant, subegit. praeterea res in Hispania a conpluribus parum prospere gestas continet. consules anno quingentesimo nonagesimo octauo ab urbe condita magistratum .. inire coeperunt. mutandi comitia causa fuit, quod Hispani rebellabant. legati ad disceptandum inter Carthaginienses et Masinissam missi nuntiauerunt, uim naualis materiae se Carthagine deprehendisse. aliquod praetores a prouinciis auaritiae nomine accusati damnati sunt.

EX LIB. XLVIII.

Lustrum a censoribus conditum est. censa sunt ciuium capita $\overline{\text{CCCXXIIII}}$. semina tertii belli Punici referuntur. cum in finibus Carthaginiensium ingens Numidarum exercitus duce Arcobarzane Syphacis nepote diceretur esse, M. Porcius Cato suasit ut Carthaginiensibus, qui exercitum specie contra Masinissam, re uera contra Romanos accitum in finibus haberent, bellum indiceretur. contra dicente P. Cornelio Nasica placuit legatos mitti Carthaginem, qui specularentur quid ageretur. castigato senatu Carthaginiensium, quod contra foedus et exercitum et nauales materias haberent, pacem inter eos et Masinissam facere uoluerunt, Masinissa agro de quo lis erat cedente. sed Gisgo Hamilcaris filius, homo seditiosus, qui tum in magistratu

1 illyrio *N*, Illyricos *r* ‖ po. ro. socios *ςr* ‖ uastauerat *r* ‖ 3 liguras *N* ‖ oppida *Frobenius:* oppidum *Nςr* ‖ 4 res *post* prospere *ponunt ςr* ‖ 7 magistratum peractis comitiis insequentisque anni consulibus creatis inire *Dodwellius*, magistratum Kal. Ian. inire *Drakenborchius* ‖ 8 bellabant *N* ‖ 9 masinissam et carthaginenses *ςr* ‖ renuntiauerunt *ς* ‖ 12 et damnati *r* ‖ 15 belli tertii *ςr* ‖ 16 maximus *r* ‖ 17 ariobarzane *ς* ‖ Archobarzane duce *r* ‖ 18 qui exercitum *Ngr:* cum ariobarzanem *ς* ‖ 19 Masinissam re uera *scripsi:* masinissam regem *Nς*, Masinissam regem sed re uera *r* ‖ 21 quibus *Ng* ‖ 23 foedus exercitum *r* ‖ 24 inter Masinissam et eos *r* ‖ 26 cum *N* ‖

erat, cum senatus pariturum se iudicio legatis dixisset, ita populum concitauit bellum aduersus Romanos suadendo, ut legatos, quo minus uiolarentur, fuga explicuerit. id nuntiantes infestum iam senatum Carthaginiensibus infestiorem fecerunt. M. Porcius Cato funus filii in praetura mortui tenuissimo, ut potuit — nam pauper erat —, sumptu fecit. Andriscus, qui se Persei filium, regis quondam Macedoniae, ingenti adseueratione mentiretur, Romam missus. M. Aemilius Lepidus, qui princeps senatus sextis iam censoribus lectus, antequam expiraret praecepit filiis, lecto se strato sine linteis, sine purpura efferrent, in relicum funus ne plus quam aeris decus consumerent: imaginum specie, non sumptibus nobilitari magnorum uirorum funera solere. de ueneficiis quaesitum. Publilia et Licinia, nobiles feminae, quae uiros suos consulares necasse insimulabantur, cognita causa, cum praetori praedes uades dedissent, cognatorum decreto necatae sunt. Gulussa Masinissae filius nuntiauit, Carthagine dilectus agi, classem conparari et haud dubie bellum strui. cum Cato suaderet ut eis bellum indiceretur, P. Cornelio Nasica dicente nihil temere faciundum, placuit x legatos mitti exploratum. L. Licinius Lucullus A. Postumius Albinus cos. cum dilectum seuere agerent nec quemquam gratia dimitterent, ab tribunis plebis, qui pro amicis suis uacationem impetrare non poterant, in carcerem coniecti sunt. cum Hispaniense bellum parum prospere aliquotiens gestum ita confudisset ci-

1 tum *N* ‖ 2 populum *addidi: om* *Nςr* ‖ ita bellum aduersus Romanos suadendo concitauit *r* ‖ 3 legatis *ςr* ‖ 5 porci catonis *Nς* ‖ 6 mortui filii in praetura *r* ‖ ut uoluit *r* ‖ nam ut (et above) pauper *N*, nam et pauper *ς* ‖ 9 aemulius *N* ‖ qui *del Gronouius* ‖ sextus *N* ‖ 10 erat lectus *r* ‖ 11 strato linteis *Perizonius* ‖ efferent *N* ‖ 12 decies *ς*, denos *r*, D. *Orellius* ‖ 13 maximorum *ςr* ‖ 14 *num* debere*?* ‖ publiliae et liciniae *Nς* ‖ publia *ςr*. Publicia *Sigonius e Valerio Maximo* VI, 3,8 ‖ 15 consulares *om r* ‖ 16 praetore *N* ‖ preces uades *ς*, plures uades *ς*, pro se uades *ς*, praedictos uades *ς*, praedes uadesque *r* ‖ 17 necati *r* ‖ 18 denuntiauit *r* ‖ delectus *ςr* ‖ 19 dubium *r* ‖ 21 mitti legatos *r* ‖ 23 a *r* ‖ 25 cum *post* bellum *ponunt* *ςr* ‖ 26 leuitatem *Nς* ‖

uitatem Romanam, ut ne ei quidem inuenirentur, qui aut tribunatum exciperent aut legati ire uellent, P. Cornelius Aemilianus processit et excepturum se militiae genus, quodcumque imperatum esset, professus est. quo exemplo omnes ad studium militandi concitauit. Lucullus cos., cum Claudius Marcellus, cui successerat, pacasse omnes Celtiberiae populos uideretur, Vaccaeos et Cantabros et alias incognitas adhuc gentes in Hispania subegit. ibi P. Cornelius [Africanus] Scipio Aemilianus, L. Pauli filius, Africani nepos, set adoptiuus, prouocatorem barbarum tribunus militum occidit et in expugnatione Intercatiae urbis maius etiam periculum adiit. nam murum primus transcendit. Seruius Sulpicius Galba praetor male aduersus Lusitanos pugnauit. cum legati ex Africa cum oratoribus Carthaginiensium et Gulussa Masinissae filio redissent dicerentque et exercitum se et classem Carthagine deprehendisse, perrogari sententias placuit. Catone et aliis principibus senatus suadentibus ut in Africam confestim transportaretur exercitus, quoniam Cornelius Nasica dicebat nondum sibi iustam causam belli uideri, placuit ut bello abstinerent, si Carthaginienses classem exussissent et exercitum dimisissent; si minus, proximi consules de bello Punico referrent. cum locatum a censoribus theatrum exstrueretur, P. Cornelio Nasica auctore tamquam inutile et nociturum publicis moribus ex SC. destructum est, populusque aliquamdiu stans ludos spectauit. Carthaginienses cum aduersus foedus bellum Masinissae intulissent, uicti ab eo annos ha-

3 se *om* *r* ‖ 4 impetratum *N* ‖ 5 ad militandi studium omnes incitauit *r* ‖ l. lucullus *ςr* ‖ cum *Sigonius:* cui *Nςr* ‖ 6 cui *add Sigonius: om* *Nςr* ‖ cum placasse *ς* ‖ placasse *N* ‖ 7 Vaccaeos Cantabros et alias regiones et iterum alias incognitas nationes *r* ‖ nationes *ς* ‖ 9 Africanus *del Gronouius* ‖ l. corneli pauli *Nς* ‖ 10 et *Nςr* ‖ tribunum *N* ‖ 11 Intercatiae *Sigonius:* intercaptae *Nς*, captae *r* ‖ maius multo *r* ‖ 12 etiannum *N* ‖ primus omnium *r* ‖ 14 Carthaginiensium oratoribus *r* ‖ 15 dicerunt-que *N* ‖ 16 se *om* *ςr* ‖ prorogari *ςr* ‖ 19 quoniam *scripsi:* quo *Nς*, quem *ς*, quia *g*, cum *ς*, quia uero *r*, quod *Drakenborchius* ‖ 22 proxime *Nς* ‖ 25 populosque *N* ‖ 26 tum aduersum *r* ‖

bente XCII et sine pulpamine mandere [et si gustaret] panem tantum solito insuper Romanum bellum meruerunt.

EX LIB. XLVIIII.

Tertii Punici belli initium altero et sescentesimo ab urbe condita anno, intra quintum annum, quam erat coeptum, consummati. inter M. Porcium Catonem et Scipionem Nasicam, quorum alter sapientissimus uir in ciuitate habebatur, alter optimus uir etiam a senatu iudicatus erat, diuersis certatum sententiis est, Catone suadente bellum et ut tolleretur deleretur que Carthago, Nasica dissuadente. placuit tamen, quod contra foedus naues haberent, quod exercitum extra fines duxissent, quod socio populi Romani et amico Masinissae arma intulissent, quod filium eius Gulussam, qui cum legatis Romanis erat, in oppidum non recepissent, bellum eis indici. prius quam ullae copiae in naues inponerentur, Vticenses legati Romam uenerunt se suaque omnia dedentes. ea legatio uelut omen grata patribus, acerba Carthaginiensibus fuit. ludi patri Diti ad Tarentum ex praecepto librorum facti, qui ante annum centesimum primo Punico bello, quingentesimo et altero anno ab urbe condita facti erant. legati XXX Romam uenerunt, per quos se Carthaginienses dedebant. Catonis sententia deuicit, ut in decreto perstaretur et ut consules quam primum ad bellum proficiscerentur. qui ubi in Africam transierunt, acceptis quos imperauerant CCC obsidibus et armis

1 duodenonaginta *Wesselingius obseruat. I*, 24 ‖ et gustare ς ‖ pane *N* ‖ gustare cibum tantum modo *r* ‖ 5 anno ab urbe condita *ςr* ‖ coepti *N* ‖ 6 consummatum est ς, consummatum omnino est *r* ‖ 7 alterum sapientissimum uirum in ciuitate habebant *r* ‖ 8 uir optimus *ςr* ‖ etiam *om r* ‖ 9 ut omnino deleretur Carthago *r* ‖ 11 placuit nihilo minus *r* ‖ 12 et extra fines exercitum *ςr* ‖ quodque *ςr* ‖ 14 minime *r* ‖ 17 ueluti maximum belli omen *r* ‖ 18 diti patri ludi *ςr* ‖ Terentum *Sigonius* ‖ Sibyllinorum *add r* ‖ 19 ante *add Gronouius : om Nςr* ‖ qui anno primo primi Punici bello *r* ‖ 22 carthaginienses se *ςr* ‖ 23 peruicit *r* ‖ 24 proficiscerentur ad bellum *ςr* ‖ 25 impetrauerant *Nς* ‖

omnibus instrumentisque belli, si qua Carthagine erant, cum ex auctoritate patrum iuberent ut in alium locum, dum a mari x̅ passuum ne minus remotum, oppidum facerent, indignitate rei ad bellandum Carthaginienses compulerunt. obsideri obpugnarique coepta est Carthago a L. Marcio M'. Manilio cos. in qua obpugnatione cum neglectos ab una parte muros duo tribuni temere cum cohortibus suis inrupissent et ab oppidanis grauiter caederentur, a Scipione Orfitiano expliciti sunt. per quem et castellum Romanorum, quod nocte expugnabant, paucis equitibus iuuantibus liberatum est castrorumque, quae Carthaginienses omnibus copiis ab urbe pariter egressi obpugnabant, liberatorum is ipse praecipuam gloriam tulit. praeterea cum ab inrita obpugnatione Carthaginis consul — alter enim Romam ad comitia ierat — exercitum duceret aduersus Hasdrubalem, qui cum ampla manu saltum inicum insederat, suasit primo consuli ne tam inico loco confligeret. uictus deinde conplurium, qui et prudentiae et uirtuti eius inuidebant, sententiis et ipse saltum ingressus est. cum, sicut praedixerat, fusus fugatusque esset Romanus exercitus et duae cohortes ab hoste obsiderentur, cum paucis equitum turmis in saltum reuersus liberauit eas et incolumes reduxit. quam uirtutem eius et Cato, uir promptioris ad uituperandum linguae, in senatu sic prosecutus est, ut diceret reliquos qui in Africa militarent umbras uolitare, Scipionem uigere, et populus Romanus eo fauore complexus, ut comitiis plurimae eum tribus consulem scriberent, cum hoc per aetatem non liceret. cum L. Scribonius tr. pl. roga-

2 cum *scripsi*: tum *Ny*, tunc cum *ςr* || alio loco, procul a mari *r* || 3 nec *ςr* || remoto *r* || transferrent *Gronouius* || 6 M' *Sigonius*: m *Nςr* || 8 suis *om r* || 9 aemiliano *ς*, Africano *r* || 11 castrisque *r* || 12 pariter ab urbe *ςr* || 13 liberatis *r* || 15 roma *N*, romae *ς* || erat *Nς* || ducere aduersus Hasdrubalem uellet *r* || 16 alta *ς*, altera *ςr* || iniquum saltum *ςr* || 17 inimico *Nς* || 18 eius et uirtuti *ςr* || 19 tum *Nς*, cumque *r* || 21 exiguis *r* || 23 promptioris multo *r* || 25 umbris *r* || uolitare *Gronouius*: militare *Nςr* || 26 uigore *r* || illum complexus est *r* || complurime *r* || 28 minime *r* ||

tionem promulgasset ut Lusitani, qui in fidem populo Romano dediti ab Seruio Galba in Galliam uenissent, in libertatem restituerentur, M. Cato acerrime suasit. extat oratio et in annalibus ipsius inclusa. Q. Fuluius Nobilior ei, saepe ab eo in senatu laceratus, respondit pro Galba; ipse quoque Galba cum se damnari uideret, complexus duos filios praetextatos et Sulpici Galli filium, cuius tutor erat, ita miserabiliter pro se locutus est ut rogatio antiquaretur. extant tres orationes eius, duae aduersus Libonem tr. pl. rogationemque eius habitae de Lusitanis, una contra L. Cornelium Cethegum, in qua Lusitanos prope se castra habentis caesos fatetur, quod compertum habuerit, equo atque homine suo ritu immolatis per speciem pacis adoriri exercitum suum in animo habuisse. Andriscus quidam ultimae sortis homo Persei regis se filium ferens et mutato nomine Philippus uocatus cum ab urbe Roma, quo illum Demetrius Syriae rex ob hoc ipsum mendacium miserat, clam profugisset, multis ad falsam eius fabulam uelut ad ueram coeuntibus, contracto exercitu totam Macedoniam aut uoluntate incolentium aut armis occupauit. fabulam autem talem finxerat: ex pellice se et Perseo rege ortum, traditum educandum Cretensi cuidam esse, ut in belli casus, quod ille cum Romanis gereret, aliquod uelut semen stirpis regiae extaret. Adramytti se educatum usque ad duodecimum aetatis annum, patrem eum esse credentem, a quo educaretur, ignarum generis fuisse sui. adfecto deinde eo, cum prope ad ultimum finem uitae esset, detectam sibi tandem originem suam falsaeque matri libellum

1 in federe ς*r* ‖ 2 a ς*r* ‖ Sergio *r* ‖ 4 et *N*ς: eius ς, *om* ς*r* ‖ eius ς*r* ‖ 5 ei *scripsi*: et *N*ς, etiam *r* ‖ saepe *om r* ‖ sulpicati filium *N*ς, filium Galli Sulpicii *r* ‖ 9 aduersum *r* ‖ 10 rogationesque ς*r* ‖ 11 propter sese *r* ‖ 13 ritu *om r* ‖ 15 se *om N* ‖ 16 romana ς ‖ co illum *N* ‖ 18 famam *r* ‖ 21 huius modi *r* ‖ paelice *N* ‖ et *om N* ‖ 22 cretesi *N*, crete se *g*ς, cyrthese *r* ‖ in *om N* ‖ 23 ageret *r* ‖ 24 extaret Perseo demortuo *r* ‖ Adramytti *Gronouius*: hydramyti *N*ς, ydramiti *g*ς, idramiti ς*r*. Hydramiae *Drakenborchius* ‖ 25 annum aetatis *r* ‖ patrem eius *r* ‖ 28 ibi *Perizonius* ‖

datum signo Persei regis signatum, quem sibi traderet, cum ad puberem aetatem uenisset, obtestationesque ultimas adiectas, ut res in occulto ad id tempus seruaretur. pubescenti libellum traditum, in quo relicti sibi duo thensauri a patre dicerentur. tum scienti mulierem sese subditum esse, ueram stirpem ignoranti edidisse genus atque obtestatam, ut prius quam manaret ad Eumenen res, Perseo inimicum, excederet eis locis, ne interficeretur. eo se exterritum, simul sperantem aliquod a Demetrio auxilium in Syriam se contulisse atque ibi primum quis esset palam expromere ausum.

EX LIB. L.

Thessalia, cum et illam inuadere armis atque occupare Pseudophilippus uellet, per legatos Romanorum auxiliis Achaeorum defensa est. Prusias rex Bithyniae, omnium humillimorumque uitiorum, a Nicomede filio adiuuante Attalo rege Pergami occisus, habebat alterum filium, qui pro superiore ordine dentium enatum habuisse unum os continens dicitur. cum III legatos ad pacem inter Nicomeden et Prusiam faciendam ad Romanos misissent, cum unus ex his caput multis cicatricibus sartum haberet, alter pedibus aeger esset, tertius ingenio socors haberetur, dixit Cato eam in legationem, nec caput nec pedes nec cor habere. in Syria, quae eo tempore stirpe generis parem regi Mace-

3 occupato *Nς* ‖ 4 tradum *N*, tradidit *r* ‖ 5 scienti mulieri sese subditum esse *Nς*, scientem mulierem subditum se esse *r* ‖ 6 ignorantis *N* ‖ obtestam *N* ‖ 7 ad Eumenem manaret *r* ‖ persaeo *N*, regi perseo *ς* ‖ 8 eos *N* ‖ 9 auxilium a demetrio *ςr* ‖ 10 a syria se contulisset *N* ‖ quis ipse omnino esset *r* ‖ 13 illum *N* ‖ 14 p. pseudofilippus uelut *N* ‖ romanorum legatos *ςr* ‖ 16 humillimorum fautor atque uitiorum *r* ‖ 17 occisus est *ςr* ‖ 19 cum tres legatos *ς:* cum in legatos *Nς*, cum inde legatus *gς*, cum legatos *r* ‖ 20 Romani *r* ‖ missi essent *Nς* ‖ 21 et unus *ςr* ‖ sartum *scripsi:* sarsum *Nς*, farsum *ς*, sparsum *ςr* ‖ 22 secors *ς* ‖ 23 in *om* *ςr* ‖ 24 ex stirpe *r* ‖ parem *ς:* pacem *Nς*, persei *gr* ‖ regi *ς:* regis *Nςr* ‖

donum, inertia socordiaque similem Prusiae regem habebat, iacente eo in ganea et lustris Ammonius regnabat, per quem et amici omnes regis et Laodice regina et Antigonus Demetri filius occisi sunt. Masinissa Numidiae rex maior xc annis decessit, uir insignis. inter cetera iuuenalia opera, quae ad ultimum edidit, adeo etiam † uersus in senecta uiguit ut post sextum et octogesimum annum filium genuerit. inter tres liberos eius [maximus natu Micipsa Gulussa Manastabal, qui etiam Graecis literis eruditus erat,] P. Scipio Aemilianus, cum commune eis regnum pater reliquisset et diuidere eos arbitro Scipione iussisset, partes administrandi regni diuisit. item Phameae Himilconi praefecto equitum Carthaginiensium, uiro forti, et cuius praecipua opera Poeni utebantur, persuasit ut ad Romanos cum equitatu suo transiret. ex tribus legatis qui ad Masinissam missi erant M. Claudius Marcellus cohorta tempestate fluctibus obrutus est. Carthaginienses Hasdrubalem Masinissae nepotem, quem praetorem habebant, hominem proditionis suspectum in curia interemerunt; quae suspicio inde manauit, quod propinquus esset Gulussae, Romanorum auxilia iuuantis. P. Scipio Aemilianus cum aedilitatem peteret, consul a populo dictus. quoniam per annos consuli fieri non licebat, cum magno certamine, suffragantibus plebeis et repugnantibus ei aliquandiu patribus, legibus solutus et consul creatus. M'. Manilius aliquod urbes

2 iacentia *N* ‖ ganea *ςr:* granca *Nς*, ganeo *ς* ‖ hammonius *Nς* ‖ 3 laodiciae regna *N* ‖ 4 occisum *N* ‖ sunt *om Nςr* ‖ masinissae *N* ‖ 5 uir insignis decessit *ςr* ‖ opera iuuenilia *ςr* ‖ 6 senectam *ςr* ‖ 7 genuerit unum filium *r* ‖ 8 eius *om r* ‖ maximos *Moguntina* ‖ Micipsam Gulussam Manastabalem *edd. uett.* ‖ 9 Mastanabal *r* ‖ erat eruditus *r* ‖ 10 pater regnum *ςr* ‖ 11 arbitrio *r* ‖ 12 administrationem regni *ςr* ‖ phamae hamilconi *N*, Phaniae Amilconis *r* ‖ 14 opera praecipua *r* ‖ suasit ut cum equitatu suo ad Romanos *r* ‖ 15 trium legatorum *r* ‖ 16 fuerant *ςr* ‖ M. *om ςr* ‖ 18 nopotem *N* ‖ hominem *om r* ‖ 19 occiderunt *ς* ‖ emanauit *ςr* ‖ 20 propiĉuus *N* ‖ 21 auxilia Romanorum *r* ‖ l. scipio *N* ‖ 23 consulem *ςr* ‖ minime *r* ‖ maximo *r* ‖ suffragantibus plebeis *Ascensius:* suffragantis legis *Nςr.* suffragantis plebis *Perizonius* ‖ 24 ei *scripsi:* et *N*, *om ςr* ‖ aliquantum *r* ‖ 25 creatus est *ςr* ‖ M'. Manilius *Sigonius:* m. aemilius *Nςr* ‖ nonnullas *r* ‖

circumpositas Carthagini expugnauit. Pseudophilippus in Macedonia, caeso cum exercitu P. Iuuentio praetore, ab Q. Caecilio uictus captusque est, et recepta Macedonia.

EX LIB. LI.

Carthago, in circuitum $\overline{\text{XXIII}}$ passus patens, magno labore obsessa et per partes capta est; primum a Mancino legato, deinde a Scipione cos., cui extra sortem prouincia Africa data erat. Carthaginienses portu nouo, quia uetus a Scipione erat obstructus, facto et contracta clam exiguo tempore ampla classe infeliciter nauali proelio pugnauerunt. Hasdrubalis quoque ducis eorum castra ad Nepherim oppidum loco difficili sita cum exercitu deleta sunt a Scipione, qui tandem urbem expugnauit septingentesimo anno quam erat condita. spoliorum maior pars Siculis, quibus ablata erant, reddita. ultimo urbis excidio cum se Hasdrubal Scipioni dedisset, uxor eius, quae paucis ante diebus de marito impetrare non potuerat ut ad uictorem transfugerent, in medium se flagrantis urbis incendium cum duobus liberis ex arce praecipitauit. Scipio exemplo patris sui Aemili Pauli, qui Macedoniam uicerat, ludos fecit transfugasque ac fugitiuos bestiis obiecit. belli Achaici semina referuntur haec, quod legati Romani ab Achaicis pulsati sint Corinthi, missi [ut eas ciuitates,] quae sub dicione Philippi fuerant, ab Achaico consilio secernerent.

2 P. *Gruterus:* m *Nςr* ‖ a *ςr* ‖ 3 et *om r* ‖ relicta *Nςr* ‖ 5 circuitu *ς* ‖ uiginti tria milia quidem passuum in circuitu *r* ‖ habens *g*, *om r* ‖ 6 Mantino *r* ‖ 8 data est *r* ‖ 9 obstructus *om N* ‖ facta *N* ‖ clam *om r* ‖ 10 nauali proelio infeliciter *ςr* ‖ 11 eorum ducis *ςr* ‖ Nefentum *r* ‖ 12 difficillimo *r* ‖ delata *N* ‖ 13 urbem *om Nς* ‖ 17 minime impetrare potuerat *r* ‖ transfugeret *ςr* ‖ 18 se flagrantis in medium *r* ‖ duobus cum *r* ‖ 19 patris eius emiliani *ςr* ‖ 21 que *om ςr* ‖ bestis *N* ‖ 23 Corinthum missi erant *r* ‖

EX LIB. LII.

Cum Achaeis, qui auxilio Boeotos et Chalcidenses habebant, Q. Caecilius Metellus ad Thermophylas bello conflixit. quibus uictis dux eorum Critolaus mortem sibi ueneno consciuit. in cuius locum Diaeus, Achaici motus primus auctor, ab Achaeis dux creatus ad Isthmon a L. Mummio cos. uictus est. qui omni Achaia in deditionem accepta Corinthon ex SC. diruit, quia ibi legati Romani uiolati erant. Thebae quoque et Chalcis, quae auxilio fuerant, dirutae. ipse L. Mummius abstinentissimum uirum egit, nec quicquam ex eis opibus ornamentisque quae praediues Corinthos habuit in domum eius peruenit. Q. Caecilius Metellus de Andrisco triumphauit, P. Cornelius [Africanus] Scipio Aemilianus de Carthagine et Hasdrubale. Viriatus in Hispania primum ex pastore uenator, ex uenatore latro, mox iusti quoque exercitus dux factus, totam Lusitaniam occupauit, M. Vatilium praetorem fuso eius exercitu cepit, post quem C. Plautius praetor nihilo felicius rem gessit; tantumque terrorem is hostis intulit ut aduersus eum consulari opus esset et duce et exercitu. praeterea motus Syriae et bella inter reges gesta referuntur. Alexander homo ignotus et incertae stirpis occiso, sicut ante dictum est, Demetrio rege in Syria regnabat. hunc Demetrius Demetri filius, qui a patre quondam ob incertos belli casus ablegatus Gnidon fuerat, contempta socordia inertiaque eius, adiuuante Ptolemaeo Aegypti rege, cuius filiam Cleopatram in matrimonium acceperat, bello interemit. Ptolemaeus grauiter in caput uulneratus inter curationem, dum ossa me-

2 auxilio *scripsi*: in auxilio *Nς*, in auxilium *r* ‖ boeto *N*, boeotios *ςr* ‖ calchidicenses *Nς* ‖ 4 ueneno sibi mortem *ςr* ‖ 7 Corinthum *r* ‖ 9 calchis *N* ‖ 10 se abstinentissimum *ςr* ‖ 11 Corinthus *r* ‖ 14 uiriaphitus *N* ‖ 15 et ex *r* ‖ 16 uniuersam *r* ‖ 19 terroris *ς* ‖ his *N* ‖ impulit *Nς* ‖ eum *om N* ‖ 24 incerto *N* ‖ adlegatus *N* ‖ 25 chnidon *N*, in gnidon *ςr* ‖ 27 acceperat in matrimonium *ςr* ‖ interemit atque in locum eius frater minor ptolemaeus grauiter *N* ‖ 28 in caput grauiter *ςr* ‖

dici terebrare conantur, expirauit, atque in locum eius frater minor Ptolemaeus, qui Cyrenis regnabat, successit. Demetrius ob crudelitatem quam in suos per tormenta exercebat ab Diodoto quodam, uno ex subiectis, qui Alexandri filio bimulo admodum regnum adserebat, bello superatus Seleuceam confugit. L. Mummius de Achaeis triumphauit, signa aerea marmoreaque et tabulas pictas in triumpho tulit.

EX LIB. LIII.

Appius Claudius cos. Salassos, gentem Alpinam domuit. alter Pseudophilippus in Macedonia a L. Tremellio quaestore cum exercitu caesus est. Q. Caecilius Metellus procos. Celtiberos cecidit, et a Q. Fabio procos. magna pars Lusitaniae expugnatis aliquod urbibus recepta est. Acilius senator Graece res Romanas scribit.

EX LIB. LIIII.

Q. Pompeius cos. in Hispania Termestinos subegit. cum isdem et Numantinis pacem ab infirmitate fecit. lustrum a censoribus conditum est. censa sunt ciuium capita CCCXXVII CCCCXLII. cum Macedonum legati questum de D. Iunio Silano praetore uenissent, quod acceptis pecuniis prouinciam spoliasset, et senatus de querellis eorum uellet cognoscere, T. Manlius Torquatus, pater Silani, petiit impetrauitque ut sibi cognitio mandaretur; et domi causa cognita filium condemnauit abdicauitque. ac ne funeri quidem eius, cum suspendio uitam finisset, interfuit sedensque domi potestatem consultantibus ex instituto fecit. Q. Fabius procos.

1 contendunt ςr ‖ 3 quem *N* ‖ per tormenta in suos ςr ‖ 4 a ςr ‖ 5 seleuciam ςr ‖ 10 tremelio ςr ‖ 12 cecidit *N* ‖ cos. *Oudendorpius ad Obseq.* 81 pars maxima *r* ‖ 13 multis urbibus *r* ‖ Acilius *Hertzius de Cinciis p. 12:* c. iulius *N*ςr ‖ 14 scripsit ςr ‖ 17 eisdem quidem et *r* ‖ ob infirmitatem *g*ςr. a populo Romano infirmatam *Gronouius* ‖ 18 sunt *om* ς ‖ CCCXXVIII milia ςr ‖ 19 CCCCXXXII ς ‖ conquestum uenissent *r* ‖ syllano ςr ‖ 22 Syllani pater *r* ‖ 23 sibi huiusmodi quaestio ςr ‖ 24 abducauitque *r* ‖

rebus in Hispania prospere gestis labem imposuit pace cum Viriato aequis condicionibus facta. Viriatus a proditoribus consilio Seruili Caepionis interfectus est et ab exercitu suo multum comploratus ac nobiliter sepultus; uir duxque magnus et per XIIII annos, quibus cum Romanis bellum gessit, frequentius superior.

EX LIB. LV.

P. Cornelio Nasica, cui cognomen Serapion fuit ab inridente Curiatio trib. pleb. inpositum, et Dec. Iunio Bruto cos. dilectum habentibus in conspectu tironum res saluberrimi exempli facta est. nam C. Matienus accusatus est aput tribunos plebis, quod exercitum in Hispania deseruisset, damnatusque sub furca diu uirgis caesus est et sestertio nummo ueniit. tribuni plebis quia non impetrarent, ut sibi denos quos uellent milites eximere liceret, consules in carcerem duci iusserunt. Iunius Brutus cos. in Hispania eis qui sub Viriato militauerant agros et oppidum dedit, quod uocatum est Valentia. M. Popilius a Numantinis, cum quibus pacem factam inritam fieri senatus censuerat, cum exercitu fusus fugatusque est. C. Hostilio Mancino cos. sacrificante pulli ex cauea euolauerunt; conscendenti deinde nauem ut in Hispaniam proficisceretur, accidit * 'mane Mancine!' quae auspicia tristia fuisse euentu probatum est. uictus enim a Numantinis et castris exutus, cum spes nulla seruandi exercitus esset, pacem cum eis fecit ignominiosam, quam ratam esse senatus uetuit. XXXX Romanorum a Numantinorum IIII uicta erant. Dec. Iunius Lusi-

1 pacem *N* ‖ 3 interemptus *r* ‖ exercitu eius *ςr* ‖ 4 nobilissime tumulatus *r* ‖ 5 duxque max. per quartum decimum annum *r* ‖ 8 A. Cornelio *r* ‖ 9 tribus *N* ‖ 13 et *om N* ‖ 14 uenit *ςr* ‖ impetrarunt *ςr* ‖ 16 mitti *r* ‖ 17 agros oppidumque *r* ‖ 18 Valentia uocatum est *r* ‖ 19 senatus irritam censuerat *ςr* ‖ 20 est *om r* ‖ 22 in nauim *r* ‖ accidit uox *ς*, accidit audiri *r* ‖ mane mane Mancine *r* ‖ 23 euentu *om r* ‖ promptum *Nς* ‖ est et *N* ‖ 26 senatus uenit *r* ‖ XXX milia *ςr* ‖

taniam expugnationibus urbium usque ad Oceanum perdomuit, et cum flumen Obliuionem transire nollent, raptum signifero signum ipse transtulit et sic ut transgederentur persuasit. Alexandri filius, rex Syriae, decem annos admodum habens, a Diodoto qui Tryphon cognominabatur, tutore suo, per fraudem occisus est corruptis medicis, qui illum calculi dolore consumi ad populum mentiti, dum secant, occiderunt.

EX LIB. LVI.

Decimus Iunius Brutus in Hispania ulteriore feliciter aduersus Gallaecos pugnauit. dissimili euentu M. Aemilius Lepidus procos. aduersus Vaccaeos rem gessit, clademque similem Numantinae passus est. ad exsoluendum foederis Numantini religione populum Mancinus, cum huius rei auctor fuisset, deditus Numantinis non est receptus. lustrum a censoribus conditum est. censa sunt ciuium capita CCCXVII DCCCCXXXIII. Fuluius Flaccus cos. Vardeos in Illyrico subegit. M. Cosconius praetor in Thracia cum Scordiscis prospere pugnauit. cum bellum Numantinum uitio ducum non sine pudore publico duraret, delatus est ultro Scipioni Africano a senatu populoque Romano consulatus; quem cum illi capere ob legem, quae uetabat quemquam iterum consulem fieri, non liceret, sicut priori consulatu legibus solutus est. bellum seruile in Sicilia ortum cum opprimi a praetoribus non potuisset, C. Fuluio cos. mandatum est. huius belli initium fuit Eunus seruus, natione

1 urbium expugnationibus ςr ‖ triginta urbium *Pighius* ‖ ad occasum et oceanum *Pighius* ‖ 2 fluuium ςr ‖ nolent *N* ‖ 5 trypon *N* ‖ 6 quidem medicis *r* ‖ 7 cum ς ‖ 10 L. Iunius *r* ‖ ulteriore hispania ςr ‖ 11 gallaecios ςr ‖ 12 uatteos *N* ‖ 13 Numantiae *r* ‖ 14 numantini foederis ςr ‖ 15 minime *r* ‖ 17 CCCXXIII milia Fuluius *r* ‖ uardaeos ςr ‖ 19 Cosconius *Sigonius:* cossonius *N*, cesonius ςr ‖ 19 cum uitio ducum bellum *r* ‖ 20 publico pudore *r* ‖ 22 ille ςr ‖ quemquam intra X annos iterum *r* ‖ 23 non licere *N* ‖ licere minime uellet *r* ‖ sicuti ςr ‖ 25 minime ualuisset *r* ‖ cn. ςr ‖ 26 cuius *r num* fecit? ‖ natione sersyrus *N* ‖

Syrus, qui contracta agrestium seruorum manu et solutis ergastulis iusti exercitus numerum impleuit. Cleon quoque alter seruus ad LXX seruorum contraxit, et iunctis copiis aduersus exercitum Romanum bellum saepe gesserunt.

EX LIB. LVII.

Scipio Africanus Numantiam obsedit et corruptum licentia luxuriaque exercitum ad seuerissimam militiae disciplinam reuocauit. omnia deliciarum instrumenta recidit, duo milia scortorum a castris eiecit, militem cotidie in opere habuit et XXX dierum frumentum ad septenos uallos ferre cogebat. aegre propter onus incedenti dicebat 'cum gladio te uallare scieris, uallum ferre desinito'; alii scutum parum habiliter ferenti, amplius eum scutum iusto ferre, neque id se reprehendere, quando melius scuto quam gladio uteretur. quem militem extra ordinem deprehendit, si Romanus esset, uitibus, si extraneus, uirgis cecidit. iumenta omnia, ne exonerarent militem, uendidit. saepe aduersus eruptiones hostium feliciter pugnauit. Vaccaei obsessi liberis coniugibusque trucidatis ipsi se interemerunt. Scipio amplissima munera missa sibi ab Antiocho rege Syriae, cum celare aliis imperatoribus regum munera mos esset, pro tribunali ea accepturum se esse dixit omniaque ea quaestorem referre in publicas tabulas iussit: ex hisce uiris fortibus dona se daturum. cum undique Numantiam obsidione clusisset et obsessos fame uideret urgeri, hostes qui pabulatum exierant uetuit occidi, quia diceret uelocius eos absumpturos frumenti quod haberent, si plures fuissent.

3 copiis iunctis *r* ‖ 4 contra populum Romanum exercitumque eius *r* ‖ saepe numero *r* ‖ 7 generosissimam *r* ‖ 8 omnia enim *r* ‖ 9 omni die *r* ‖ 10 ac ς*r* ‖ 12 tete *r* ‖ sciens *N*ς ‖ ali *N* ‖ paruum *N* ‖ alii nimium parum habiliter scutum ferenti eum scutum amplius iusto ferre iussit neque *r* ‖ 14 quoniam ς*r* ‖ 15 depre si *N* ‖ 16 fustibus cecidit ς ‖ iumenta quidem omnia ne exoneraret milites *r* ‖ 17 multotiens contra hostium eruptiones *r* ‖ 18 liberis et coniugibus *r* ‖ 22 eaque omnia ς*r* ‖ 23 hisce ς: isce *r*, hisse *N*, iis ς ‖ ueris *N* ‖ 24 munera ς*r* ‖ 25 clausisset ς*r* ‖ oppressos *r* ‖ 26 interimi *r* ‖ quod ς*r* ‖ 27 frument[illegible] *r* ‖

EX LIB. LVIII.

Tib. Sempronius Gracchus trib. pleb. cum legem agrariam ferret aduersus uoluntatem senatus et equestris ordinis 'ne quis ex publico agro plus quam ∞ iugera possideret', in eum furorem exarsit, ut M. Octauio collegae causam diuersae partis defendenti potestatem lege lata abrogaret, seque et C. Gracchum fratrem et Appium Claudium socerum triumuiros ad diuidendum agrum crearet. promulgauit et aliam legem agrariam, qua sibi latius agrum patefaceret, ut idem triumuiri iudicarent, qua publicus ager, qua priuatus esset. deinde cum minus agri esset quam quod diuidi posset sine offensa etiam plebis, quoniam eos ad cupiditatem amplum modum sperandi incitauerat, legem se promulgaturum ostendit, ut eis, qui Sempronia lege agrum accipere deberent, pecunia quae regis Attali fuisset diuideretur. heredem autem populum Romanum reliquerat Attalus, rex Pergami, Eumenis filius. tot indignitatibus commotus grauiter senatus. ante omnis T. Annius consularis, quia in senatu in Gracchum perorasset raptus ab eo ad populum delatusque plebi, rursus in eum pro rostris contionatus est. cum iterum trib. pleb. creari uellet Gracchus, auctore P. Cornelio Nasica in Capitolio ab optimatibus occisus est, ictus primum fragmentis subselli, et inter alios qui in eadem seditione occisi erant insepultus in flumen proiectus. res praeterea in Sicilia uario euentu aduersus fugitiuos gestas continet.

2 S. Sempronius *r* ‖ agrariam legem *ςr* ‖ 4 decem *ςr*, centum *ς*. D *Sigonius* ‖ 7 C. *om Nςr* ‖ 8 diuidundum *r* ‖ 9 qua si quis latius *r* ‖ iidem omnino *r* ‖ 10 quo *Ng* ‖ 12 quam eos *Nς* ‖ 13 ostendit ob id ut *ςr* ‖ 17 indignationibus *r* ‖ 18 C. Antonius *r* ‖ consularis *Drakenborchius:* cos. *Nςr*, proconsul *g* ‖ quia *scripsi:* qui *Nς*, qui cum *r* ‖ 20 plebei *r* ‖ 22 a primatibus *ςr* ‖ 23 subselliorum *ςr* ‖ 24 et in *ςr* ‖ 25 aduersum *r* ‖

EX LIB. LVIIII.

Numantini fame coacti ipsi se per uicem [tradentes] trucidauerunt, captam urbem Scipio Africanus deleuit et de ea triumphauit XIIII anno post Carthaginem deletam. P. Rupilius cos. in Sicilia cum fugitiuis debellauit. Aristonicus Eumenis regis filius Asiam occupauit, cum testamento Attali regis legata populo Romano libera esse deberet. aduersus eum P. Licinius Crassus cos., cum idem pontifex maximus esset, quod numquam antea factum erat, extra Italiam profectus proelio uictus et occisus est. M. Perperna cos. uictum Aristonicum in deditionem accepit. Q. Pompeius Q. Metellus, tunc primum uterque ex plebe facti censores, lustrum condiderunt. censa sunt ciuium capita CCCXVIII DCCCXXIII praeter pupillos et uiduas. Q. Metellus censor censuit, ut cogerentur omnes ducere uxores liberorum creandorum causa. extat oratio eius, quam Augustus Caesar, cum de maritandis ordinibus ageret, uelut in haec tempora scriptam in senatu recitauit. C. Atinius Labeo trib. pleb. Q. Metellum censorem, a quo in senatu legendo praeteritus erat, de saxo deici iussit; quod ne fieret ceteri tribuni plebis auxilio fuerunt. cum Carbo trib. pleb. rogationem tulisset, ut eundem tribunum plebi quotiens uellet creare liceret, rogationem eius P. Africanus grauissima oratione dissuasit, in qua dixit Ti. Gracchum iure caesum uideri. C. Gracchus contra suasit rogationem, sed Scipio tenuit. bella inter Antiochum Syriae et Phraaten Parthorum

2 fame maxime *r* ‖ uices *ςr* ‖ tradentes *om r* ‖ 4 annos *Nς* ‖ Rupilius *Sigonius:* rutilius *g*, atilius *Nς*, Attilius *r* ‖ 6 regis eumenis *ςr* ‖ 7 populi romani *Ng* ‖ deberent *N* ‖ 9 esset *om Nς* ‖ 10 interemptus *r* ‖ perpenna *ςr* ‖ 12 et q. *ςr* ‖ 13 censores facti *ςr* ‖ lustrum a censoribus est conditum *ςr* ‖ ciuium *om r* ‖ 14 CCCXVII milia *ς* ‖ pupillas *N* ‖ 15 ut ducere uxores omnes cogerentur omnino *r* ‖ 17 cum *om Nς* ‖ omnibus *Ngς* ‖ uelut eo tempore *r* ‖ 18 Atinius *Frobenius:* atilius *Nς*, attilius *ςr* ‖ 19 in *om Nς* ‖ 20 saxa fieri *Nς*, saxo ferri *ς*, saxo eiici *gς* ‖ 21 auxilio quam maxime fuerunt *r* ‖ 22 quotiens quidem uellet *r* ‖ 23 P. *om N* ‖ 25 C. *add Gronouius: om Nςr* ‖ 26 tenuit *Frobenius:* censuit *Nςr* ‖ regem Syriae *r* ‖ prahaten *N* ‖

regem gesta nec magis quietae res Aegypti referuntur. Ptolemaeus Euergetes cognominatus, ob nimiam crudelitatem suis inuisus, incensa a populo regia clam Cypron profugit, et cum sorori eius Cleopatrae, quam filia eius uirgine per uim conpressa atque in matrimonium ducta repudiauerat, regnum a populo datum esset, infensus filium quem ex illa habebat in Cypro occidit caputque eius et manus et pedes matri misit. seditiones a triumuiris Fuluio Flacco et C. Graccho et C. Papirio Carbone agro diuidendo creatis excitatae. cum P. Scipio Africanus eis aduersaretur fortisque ac ualidus pridie domum se recepisset, mortuus in cubiculo inuentus est. suspecta fuit, tamquam ei uenenum dedisset, Sempronia uxor hinc maxime, quod soror esset Gracchorum, cum quibus simultas Africano fuerat. de morte tamen eius nulla quaestio acta. defuncto eo acrius seditiones triumuirales exarserunt. C. Sempronius cos. aduersus Iapydas primo male rem gessit, mox uictoria cladem acceptam emendauit uirtute Decimi Iuni Bruti, eius qui Lusitaniam subegerat.

EX LIB. LX.

L. Aurelius cos. bellantes Sardos subegit. M. Fuluius Flaccus primus transalpinos Ligures domuit bello, missus in auxilium Massiliensium aduersus Salluuios Gallos, qui fines Massiliensium populabantur. L. Opimius praetor Fregellanos qui defecerant in deditionem accepit, Fregellas diruit. pestilentia in Africa ab ingenti lucustarum multitu-

3 cyprum ς*r* ‖ 4 soror *N* ‖ cleopatrae quam filiam eius uirgine *Ng*, cleopatrae cuius filiam uirginem ς, Cleopatrae quam eius uirgine filia *r* ‖ 5 compressam ς*r* ‖ ducis *N*, ductam ς ‖ 7 in *om* *N*ς ‖ cypri ς ‖ 9 et *om* *r* ‖ Papirio *om* *r* ‖ de agro *r* ‖ 10 quibus cum *r* ‖ eis *addidi: om* *N*ς*r* ‖ 11 de die ς ‖ 15 quo defuncto seditiones triumuirales acrius *r* ‖ 16 contra *r* ‖ 17 Iapydas *Gruterus:* iapygas *N*ς, iapigas ς*r* ‖ 21 L. *om* *r* ‖ rebellantes *Pighius* ‖ M. *om* ς*r* ‖ 22 primus omnium *r* ‖ liguras *N* ‖ bello domuit ς*r* ‖ 23 massiliensibus ς*r* ‖ salauuios *N*ς, Falanios *r* ‖ 24 populabantur fines massiliensium ς*r* ‖ massilium *N* ‖ 26 a maxime multitudine locustarum *r* ‖

dine et deinde necatarum strage fuisse traditur. lustrum a censoribus conditum est. censa sunt ciuium capita CCCXCIIII DCCXXVI. C. Gracchus Tiberi frater trib. plebis, eloquentior quam frater, perniciosas aliquod leges tulit, inter quas frumentariam ut senis cum triente frumentum plebi daretur; alteram legem agrariam, quam et frater eius tulerat; tertiam, qua equestrem ordinem tunc cum senatu consentientem corrumperet, ut sescenti ex equite in curiam sublegerentur et, quia illis temporibus CCC tantum senatores erant, DC equites CCC senatoribus admiscerentur, id est ut equester ordo bis tantum uirium in senatu haberet. et continuato in alterum annum tribunatu legibus agrariis latis effecit ut complures coloniae in Italia deducerentur et una in solo dirutae Carthaginis, quo ipse triumuir creatus coloniam deduxit. praeterea res a Q. Metello cos. aduersus Baleares gestas continet, quos Graeci Gymnesios appellant, quia aestatem nudi exigunt. Baleares a teli missu appellati uel a Balio Herculis comite ibi relicto, cum Hercules ad Geryonem nauigaret. motus quoque Syriae referuntur, in quibus Cleopatra Demetrium uirum suum et Seleucum filium indignata, quod occiso patre eius a se iniussu suo diadema sumpsisset, interemit.

EX LIB. LXI.

C. Sextius procos. uicta Salluuiorum gente coloniam Aquas Sextias condidit, ob aquarum copiam e caldis frigidisque fontibus atque a nomine suo ita appellatas. Cn. Domitius

2 CCCXC milia DCCXXXVI *ςr* ‖ 3 C. *add Frobenius: om Nςr* ‖ 4 aliquas *r* ‖ 5 senis cum *Mommsenius de tribubus p.* 179*:* sesis con *ς*, sexis et *Nς*, semis et *ςr* ‖ 6 et *om ςr* ‖ fuerat *N* ‖ 7 tunc *om ςr* ‖ 8 ut — temporibus *om r* ‖ equitem *N*, equitibus *ς* ‖ in decurias *Goettlingius de re p. Rom. p.* 438 ‖ 9 tantum *om r* ‖ 10 equites ut CCC *r* ‖ 11 in senatu *om ς, probat Goettlingius. cf. Peterus de epochis rei p. Rom. p.* 238 ‖ 14 soli *N* ‖ 16 quos — Gymnesios *scripsi:* quas — gymnesias *Nςr* ‖ 17 exigant *ςr* ‖ 18 ut *N* ‖ blato *Nς*, balteo *ςr* ‖ tunc cum *ςr* ‖ 21 multum indignata *r* ‖ 24 C. *om ς* ‖ Sestius *r* ‖ Salinorum *r* ‖ 25 Sestias *r* ‖ et *Nςr* ‖ calidis frigidisque *r* ‖

procos. aduersus Allobrogas ad oppidum Vindalium feliciter pugnauit. quibus bellum inferendi causa fuit, quod Tutomotulum Salluuiorum regem fugientem recepissent et omni ope iuuissent, quodque Aeduorum agros * populi Romani uastauissent. C. Gracchus seditioso tribunatu acto cum Auentinum quoque armata multitudine occupasset, a L. Opimio cos. ex SC. uocato ad arma populo pulsus et occisus est, et cum eo Fuluius Flaccus consularis, socius eiusdem furoris. Q. Fabius Maximus cos., Pauli nepos, aduersus Allobrogas et Bituitum Aruernorum regem feliciter pugnauit. ex Bituiti exercitu occisa milia cxx; ipse cum ad satisfaciendum senatui Romam profectus esset, Albam custodiendus datus est, quia contra pacem uidebatur ut in Galliam remitteretur. decretum quoque est ut Congonnetiacus filius eius conprehensus Romam mitteretur. Allobroges in deditionem recepti. L. Opimius accusatus aput populum a Q. Decio trib. plebis, quod indemnatos ciues in carcerem coniecisset, absolutus est.

EX LIB. LXII.

Q. Marcius cos. Stynos, gentem Alpinam, expugnauit. Micipsa Numidiae rex mortuus regnum tribus filiis reliquit Atherbali Hiempsali Iugurthae, fratris filio, quem adoptauerat. L. Caecilius Metellus Dalmatas subegit. Iugurtha Hiempsalem fratrem petiit bello, qui uictus occiditur; Atherbalem regno expulit; is a senatu restitutus est. L. Caecilius Metellus Cn. Domitius Ahenobarbus censores duos

1 contra Allobroges *r* ‖ multum feliciter *r* ‖ 2 teutomotulum ς, teutomolum ς, teutomalium ς*r* ‖ 3 Saliuorum *r* ‖ 4 Heduorum *r* ‖ agros sociorum populi ς*r*, agros amicorum populi ς ‖ 6 armata quoque *r* ‖ occupauisset *r* ‖ 7 pulsus interemptusque *r* ‖ 8 cons. *N*ς, *om r* ‖ 9 furoris *om r* ‖ g. fabius *N* ‖ 10 Allobroges *r* ‖ 11 et cum ipse *r* ‖ 12 albae ς*r* ‖ 14 Congentiatus *r* ‖ 16 accepti *r* ‖ 18 liberatus *r* ‖ 20 stinos ς, Sarnios *r* ‖ 21 Numidarum *r* ‖ 22 adherbali *N* ‖ Hiempsali *r* ‖ et iugurthae ς*r* ‖ in filium adoptauerat *r* ‖ 23 obsedit *r* ‖ 24 petit ς*N* ‖ bello petiit ς*r* ‖ quem uictum ς*r* ‖ occiditur *scripsi:* occidit *N*ς, interemit *r* ‖ 25 qui *r* ‖ l. domitius metellus *N*ς ‖

et triginta senatu mouerunt. praeterea motus Syriae regumque continet.

EX LIB. LXIII.

C. Porcius cos. in Thracia male aduersus Scordiscos pugnauit. lustrum a censoribus conditum est. censa sunt ciuium capita CCCXCIIII CCCXXXVI. Aemilia Licinia Marcia uirgines Vestales incesti damnatae sunt, idque incestum quem ad modum et commissum et deprehensum et uindicatum sit refertur. Cimbri, gens uaga, populabundi in Illyricum uenerunt. ab his Papirius Carbo cos. cum exercitu fusus est. Liuius Drusus cos. aduersus Scordiscos, gentem a Gallis oriundam, in Thracia feliciter pugnauit.

EX LIB. LXIIII.

Atherbal bello petitus ab Iugurtha et in oppido Cirtha obsessus contra denuntiationem senatus ab eo occisus est, et ob hoc bellum Iugurthae indictum, idque Calpurnius Bestia cos. gerere iussus pacem cum Iugurtha iniussu populi et senatus fecit. Iugurtha fide publica euocatus ad indicandos auctores consiliorum suorum, quod multos pecunia in senatu corrupisse dicebatur, Romam uenit et propter caedem admissam in regulum quendam nomine Massiuam, qui regnum eius populo Romano inuisi adfectabat, [Romae interfectum] cum periclitaretur causam capitis dicere, clam profugit et cedens urbe fertur dixisse 'o urbem uenalem et cito perituram, si emptorem inuenerit!' A. Postumius le-

1 regnumque *Nςr* ‖ 4 cato porcius *ςr* ‖ sardiscos *ςr* ‖ 6 et Marcia *r* ‖ 8 et *om ςr* ‖ et *om ςr* ‖ depprachensum *N* ‖ 11 sardiscos *ςr* ‖ 12 pugnauit magnumque honorem tulit *r* ‖ 14 a *ςr* ‖ Cyrtha *r* ‖ 15 et *om r* ‖ 16 ipsi Iugurthae bellum *r* ‖ idque etiam Calphurnius *r* ‖ 18 euocitus *N* ‖ indicandum consiliorum suorum auctores *r* ‖ 21 masinissam *ςr* ‖ 22 populorum inuisi *N* ‖ iniussu *ς* ‖ appetebat *r* ‖ 23 dicere iussus *gςr* ‖ 25 aurelius postumius *Nς* ‖

gatus infeliciter proelio aduersus Iugurtham gesto pacem quoque adiecit ignominiosam, quam non esse seruandam senatus censuit.

EX LIB. LXV.

Q. Caecilius Metellus cos. duobus proeliis Iugurtham fudit totamque Numidiam uastauit. M. Iunius Silanus cos. aduersus Cimbros infeliciter pugnauit. legatis Cimbrorum sedem et agros in quibus considerent postulantibus senatus negauit. M. Minucius procos. aduersus Thracas prospere pugnauit. L. Cassius cos. a Tigurinis Gallis, pago Heluetiorum, qui a ciuitate secesserant, in finibus Nitiobrogum cum exercitu caesus est. milites, qui ex ea clade superauerant, obsidibus datis et dimidia rerum omnium parte ut incolumes dimitterentur cum hostibus pacti sunt.

EX LIB. LXVI.

Iugurtha pulsus a C. Mario Numidia cum auxilio Bocchi Maurorum regis adiutus esset, caesis proelio Bocchi quoque copiis, nolente Boccho bellum infeliciter susceptum diutius sustinere uoluit. uinctus ab eo et Mario traditus est; in qua re praecipua opera L. Corneli Syllae quaestoris C. Mari fuit.

EX LIB. LXVII.

M. Aurelius Scaurus legatus consulis a Cimbris fuso exercitu captus est, et cum in consilium ab eis aduocatus deterreret eos ne Alpes transirent Italiam petituri, eo quod dice-

1 gesto conflixit *ςr* ‖ pacemque etiam multum ignominiosam adiecit quam quidem minime esse *r* ‖ 6 et uniuersam *r* ‖ Syllanus *r* ‖ aduersum *ςr* ‖ 8 consisterent *ςr* ‖ 9 contra *r* ‖ feliciter quidem *r* ‖ 10 heluitiorum *N* ‖ 11 Allobrogum *r* ‖ 16 ex Numidia *r* ‖ cum *om r* ‖ 17 est et caesis *Nςr* ‖ 19 uoluit *scripsi:* noluit *Nς*, *om r* ‖ uictus *Nς* ‖ traditus mario *ςr* ‖ 23 M. *om ςr* ‖ 24 euocatus *ςr* ‖ 25 dicerent *N* ‖

ret Romanos uinci non posse, a Boiorige, feroci iuuene, occisus est. ab isdem hostibus Cn. Manlius cos. et Q. Seruilius Caepio procos. uicti proelio castris quoque binis exuti sunt, militum milia octoginta occisa, calonum et lixarum XL secundum Arausionem. Caepionis, cuius temeritate clades accepta erat, damnati bona publicata sunt primi post regem Tarquinium imperiumque ei abrogatum. in triumpho C. Mari ductus ante currum eius Iugurtha cum duobus filiis et in carcere necatus est. Marius triumphali ueste in senatum uenit, quod nemo ante eum fecerat, eique propter metum Cimbrici belli continuatus per conplures annos est consulatus. secundo et tertio absens consul creatus quartum consulatum dissimulanter captans consecutus est. Cn. Domitius pont. max. populi suffragio creatus est. Cimbri uastatis omnibus quae inter Rhodanum et Pyrenaeum sunt per saltum in Hispaniam transgressi ibique multa loca populati a Celtiberis fugati sunt, reuersique in Galliam in belli casus se Teutonis coniunxerunt.

EX LIB. LXVIII.

M. Antonius praetor in Ciliciam [maritimos praedones id est] piratas persecutus est. C. Marius cos. summa ui oppugnata a Teutonis et Ambronibus castra defendit. duobus deinde proeliis circa Aquas Sextias eosdem hostes deleuit, in quibus caesa traduntur hostium $\overline{\text{CC}}$, capta $\overline{\text{XC}}$. Marius absens quintum consul creatus est. triumphum oblatum donec et Cimbros uinceret distulit. Cimbri cum repulso ab Alpi-

1 minime *r* ‖ Boiorige *Freinshemius ad Florum III*, 3,18: bolorege *Nςr* ‖ 2 marius *Nς* ‖ cos. *om r* ‖ 3 proconsules *r* ‖ 4 octoaginta milia militum *r* ‖ 5 Arausionem *Gronouius:* aprausionum *N*, a po. ro. ansionem *gς*, po. ro. iussionem *r* ‖ 6 primoque *r* ‖ 7 que *om r* ‖ 9 carcerem *N* ‖ est *om r* ‖ 11 quam plures *ςr* ‖ annos triumfatus est consulatus *N*, annos consulatus est consulatu *gς*, annos magistratus est consulatu *r* ‖ 14 cimbrius *N* ‖ 17 in belli casus *Oudendorpius ad Obseq.* 103: inbellicosiseteutonis *N*, in bellicosis se teutonis *gς*, bellicosis quidem se Teutonis *r* ‖ 20 A. Antonius *r* ‖ siciliam *gς*, Sicilia *r* ‖ id est piratas *om ςr* ‖ 23 sestias *Nr* ‖ eos *ςr* ‖ 25 quinquies *Nς* ‖ 26 et *om ςr* ‖ cum *om ςr* ‖

bus fugatoque Q. Catulo proconsule, qui fauces Alpium obsidebat flumenque Athesim ** castellum editum insederat relinqueret, quae tamen uirtute sua explicata fugientem procos. exercitumque consecuta est, in Italiam traiecissent, iunctis eiusdem Catuli et C. Mari exercitibus proelio uicti sunt; in quo caesa traduntur hostium $\overline{\mathrm{CXL}}$, capta $\overline{\mathrm{LX}}$. Marius totius ciuitatis consensu exceptus pro duobus triumphis qui offerebantur uno contentus fuit. primores ciuitatis, qui ei aliquandiu ut nouo homini ad tantos honores euecto inuiderant, conseruatam ab eo rem publicam fatebantur. Publicius Malleolus matre occisa primus culleo insutus in mare praecipitatus est. ancilia cum strepitu mota esse antequam Cimbricum bellum consummaretur refertur. bella praeterea inter Syriae reges gesta continet.

EX LIB. LXVIIII.

L. Apuleius Saturninus, adiuuante C. Mario et per milites occiso A. Nunnio competitore tribunus plebis per uim creatus, non minus uiolenter tribunatum quam petierat gessit et cum legem agrariam per uim tulisset, Metello Numidico quod in eam non iurauerat diem dixit. qui cum a bonis ciuibus defenderetur, ne causa certaminum esset in exilium

2 obsederat *r* ‖ Athesim ita ut paruam manum quae castellum *uel his similia scripta fuisse puto* ‖ flumen athesim castellum editum insederat reliqueratque tamen (*uel* tum, *uel* nisi) uirtute sua explicata (*uel* explicita) fugientem procons. exercitumque consecuta est (*uel* consecutus esset *uel* prosecuti) in italiam traiecissent ς, flumen athesim transgressi castellum editum quod insederat ut reliquerat effecerunt. quem tamen uirtute sua explicita fugientem proconsulem exercitumque consecutus est. in italiam cum deinde traiecissent *g*ς, et ad flumen Athesim castellum editum insederat reliqueratque ubi uirtute sua explicata fugientem proconsulem exercitumque in Italiam traiecissent *r* ‖ 6 sunt ab eis ς*r* ‖ capita *N* ‖ 7 receptus ς*r* ‖ 9 ei *scripsi:* et *N*ς, *om r* ‖ aliquantulum *r* ‖ 10 euicto *N* ‖ 11 p. malleolus ς*r* ‖ interempta *r* ‖ primus omnium insutus culleo *r* ‖ in culleo *N*ς ‖ 13 referuntur ς*r* ‖ 14 gesta *om r* ‖ 16 L. *Sigonius:* cn. *N*ς*r* ‖ 17 nunno *g*ς, Numio *r* ‖ cumpetitore *N* ‖ tribuno *N* ‖ 20 qui ς, eo quod ς*r* ‖ minime iurasset *r* ‖ 21 malorum certaminum *r* ‖

uoluntarium Rhodum profectus est, ibique audiendo et legendo † magnos uiros auocabatur. profecto C. Marius, seditionis auctor, qui sextum consulatum pecunia per tribus sparsa emerat, aqua et igni interdixit. idem Apuleius Saturninus trib. pleb. C. Memmium candidatum consulatus, quoniam aduersarium eum actionibus suis timebat, occidit. quibus rebus concitato senatu, in cuius causam et C. Marius, homo uarii et mutabilis ingenii consiliique semper secundam fortunam, transierat, oppressus armis cum Glaucia praetore et aliis eiusdem furoris sociis bello quodam interfectus est. Q. Caecilius Metellus ab exilio ingenti totius ciuitatis fauore reductus est. M'. Aquilius procos. in Sicilia bellum seruile excitatum confecit.

EX LIB. LXX.

Cum M'. Aquilius de pecuniis repetundis causam diceret, ipse iudices rogare noluit; M. Antonius qui pro eo perorabat tunicam a pectore eius discidit, ut honestas cicatrices ostenderet, et indubitate absolutus est. Cicero eius rei solus auctor. T. Didius procos. aduersus Celtiberos feliciter pugnauit. Ptolemaeus Cyrenarum rex, cui cognomen Apionis fuit, mortuus heredem populum Romanum reliquit, et eius regni ciuitates senatus liberas esse iussit. Ariobarzanes in regnum Cappadociae a L. Cornelio Sylla reductus est. Parthorum legati a rege Arsace missi uenerunt ad Syllam ut amicitiam populi Romani peterent. P. Rutilius, uir sum-

1 uoluntarium exsilium *r* ‖ legendo et audiendo *ςr* ‖ 2 aduocabat *ςr* ‖ 3 sextum quidem *r* ‖ per tribus sparsa pecunia *ςr* ‖ pecunia *om ς* ‖ 5 consulatus petitiorem maximum quem *r* ‖ 6 eum *scripsi:* eius *Nςr*, *om ς* ‖ interemit *r* ‖ 7 concitato quam plurimum *r* ‖ eius *r* ‖ 8 mutabilis et uarii consilii ingeniique qui semper *r* ‖ consiliumque *N* ‖ 9 transierat cum tueri minime posset *r* ‖ 10 sociis *add r: om Nς* ‖ a Rabirio quodam *Sigonius* ‖ 12 M'. *Sigonius:* m. *Nςr* ‖ 13 concitatum *r* ‖ 15 M'. *Sigonius:* m. *Nςr* ‖ 16 rogare iudices *r* ‖ 18 et *om ς*, quibus conspectis *r* ‖ indubitanter *ςr* ‖ 19 T. *om r* ‖ 20 cognomentum *ςr* ‖ alypionis *Nς*, Appionis *r* ‖ 21 eas *Nς* ‖ 24 arsale *Ng* ‖ ad sullam uenerunt *ςr* ‖ 25 a po. Ro. *r* ‖

mae innocentiae, quoniam legatus C. Muci procos. a publicanorum iniuriis Asiam defenderat inuisus equestri ordini, penes quem iudicia erant, repetundarum damnatus in exilium missus est. C. Sentius praetor aduersus Thracas infeliciter pugnauit. senatus cum inpotentiam equestris ordinis in iudiciis exercendis ferre nollet, omni ui eniti coepit ut ad se iudicia transferret, sustinente causam eius M. Liuio Druso trib. pleb., qui ut uires sibi adquireret perniciosa spe largitionum plebem concitauit. praeterea motus Syriae regumque continet.

EX LIB. LXXI.

M. Liuius Drusus trib. pleb., quo maioribus uiribus senatus causam susceptam tueretur, socios et Italicos populos spe ciuitatis Romanae sollicitauit, eisque adiuuantibus per uim legibus agrariis frumentariisque latis iudiciariam quoque pertulit, ut aequa parte iudicia penes senatum et equestrem ordinem essent. cum deinde promissa sociis ciuitas praestari non posset, irati Italici defectionem agitare coeperunt. eorum coitus coniurationesque et orationes in consiliis principum referuntur. propter quae Liuius Drusus inuisus etiam senatui factus uelut socialis belli auctor, incertum a quo domi occisus est.

EX LIB. LXXII.

Italici populi defecerunt, Picentes Vestini Marsi Paeligni Marrucini Samnites Lucani. initio belli a Picentibus moto Q. Seruilius procos. in oppido Asculo cum omnibus ciuibus Romanis, qui in eo oppido erant, occisus est. saga po-

1 qui legatus C. Marii *r* ‖ 4 C. Geminius *r* ‖ contra *r* ‖ 6 niti *ςr* ‖ 7 transferrentur *ςr* ‖ 9 largitionum *Gruterus:* largitionem *Nς*, largitione *gς*, largitionis *r* ‖ 12 C. *r* ‖ quo *scripsi:* qui *Nς*, qui ut *gς*, ut *r* ‖ 15 legem quoque iudicialem tulit *r* ‖ 19 coeperunt agitare *r* ‖ coetus *uel* coitiones *Dukerus* ‖ orationesque *r* ‖ 20 conciliis *r* ‖ 21 etiam senatui inuisus *r* ‖ 25 lucani samnites *ςr* ‖ 26 seruacus *N*, seruius *ς* ‖ Asculo *add r: om Nς* ‖

pulus sumpsit. Seruius Galba a Lucanis comprehensus, unius feminae opera, ad quam deuertebatur, e captiuitate receptus est. Aesernia et Alba coloniae ab Italicis obsessae sunt. auxilia deinde Latini nominis exterarumque gentium missa populo Romano et expeditiones inuicem expugnationesque urbium referuntur.

EX LIB. LXXIII.

L. Iulius Caesar cos. male aduersus Samnites pugnauit. Nola colonia in potestatem Samnitium uenit L. Postumio praetore, qui ab eis interfectus est. complures populi ad hostes defecerunt. cum P. Rutilius cos. parum prospere aduersus Marsos pugnasset et in eo proelio cecidisset, C. Marius legatus eius meliore euentu cum hostibus acie conflixit. Seruius Sulpicius Paelignos proelio fudit. Q. Caepio legatus Rutili cum obsessus prospere in hostes inrupisset, et ob eum successum aequatum ei cum C. Mario esset imperium, temerarius factus et circumuentus insidiis fuso exercitu cecidit. L. Iulius Caesar cos. feliciter aduersus Samnites pugnauit. ob eam uictoriam Romae saga posita sunt. et ut uaria belli fortuna esset Aesernia colonia cum M. Marcello in potestatem Samnitium uenit, sed et C. Marius proelio Marsos fudit, Herio Asinio praetore Marrucinorum occiso. C. Caecilius in Gallia transalpina Salluuios rebellantes uicit.

1 seruilius *ςr* ‖ 2 e *addidi: om Nςr* ‖ 3 exemptus *ςr* ‖ 4 demum *r* ‖ externarumque *ςr* ‖ 6 urbiumque expugnationes *r* ‖ 8 c. iulius caesar *gς*, c. caesar *ςr* ‖ 9 uenit *post* praetore *r* ‖ cum l. postumio *ςr* ‖ 10 ab iis *om r* ‖ interemptus *r* ‖ 12 contra *r* ‖ eo *om ςr* ‖ 13 meliore quidem *r* ‖ acie *om ςr* ‖ 14 Seruius *Moguntina:* sex. *Nςr* ‖ proelio *om r* ‖ g. caepilio *Ng* ‖ 18 Iulius *om r* ‖ contra *r* ‖ 22 Herio *Gronouius:* hirno *Nς*, hirnio *ςr* ‖ 23 caelius *Nς* ‖ galliam transalpinam *Ngς* ‖ saluios *Nς*, Saliuos *r* ‖

EX LIB. LXXIIII.

Cn. Pompeius Picentes proelio fudit * obsedit. propter quam uictoriam Romae praetextae et alia magistratuum insignia sumpta sunt. C. Marius cum Marsis dubio euentu pugnauit. libertini tunc primum militare coeperunt. Aulus Plotius legatus Vmbros, L. Porcius praetor Etruscos, cum uterque populus defecisset, proelio uicerunt. Nicomedes in Bithyniae, Ariobarzanes in Cappadociae regnum reducti sunt. Cn. Pompeius cos. Marsos acie uicit. cum aere alieno oppressa esset ciuitas, A. Sempronius Asellio praetor, quoniam secundum debitores ius dicebat, ab eis qui faenerabant in foro occisus est. praeterea incursiones Thracum in Macedoniam populationesque continet.

EX LIB. LXXV.

Aulus Postumius Albinus legatus cum classi praeesset, infamis crimine proditionis ab exercitu suo interfectus est. L. Cornelius Sylla legatus Samnites proelio uicit et bina castra eorum expugnauit. Cn. Pompeius Vestinos in deditionem accepit. L. Porcius cos. rebus prospere gestis fusisque aliquotiens Marsis dum castra eorum expugnat cecidit. ea res hostibus uictoriam eius proelii dedit. Cosconius et Lucanus Samnites acie uicerunt, Marium Egnatium nobilissimum hostium ducem occiderunt, compluraque oppida in deditionem acceperunt. L. Sylla Hirpinos domuit, Samnites pluribus proeliis fudit, aliquod populos recepit, quantisque raro quisquam alius ante consulatum rebus gestis ad petitionem consulatus Romam est profectus.

2 et obsedit ςr ‖ 3 aliaque magistratuum ornamenta et insignia r ‖ 5 tum ςr ‖ aurelius Nςr ‖ 6 Etruscos *Dukerus:* umbros Nς, marsos gςr ‖ 7 populos N ‖ 9 alienos N ‖ 10 praessa N, pressa gς ‖ Asellius r ‖ 11 eius Ngς ‖ fenerabantur ςr ‖ 13 macedonia Ng ‖ 15 aurelius Nς, L. r ‖ legatus in obsidione castrorum hostilium cecidit Sulpicius legatus r *cf. p.* 76, 3 ‖ 16 perditiones N ‖ 19 iussisque N ‖ 22 Lucceius r ‖ 23 eorum oppida ςr ‖ 24 accepit Nς ‖ 25 multis r ‖ populus r ‖ 26 alius *om* r ‖

EX LIB. LXXVI.

Aulus Gabinius legatus rebus aduersus Lucanos prospere gestis et plurimis oppidis expugnatis in obsidione hostilium castrorum cecidit. Sulpicius legatus Marrucinos cecidit totamque eam regionem recepit. Cn. Pompeius proconsul Vestinos et Paelignos in deditionem accepit. Marsi quoque a L. Cinna et Caecilio Pio legatis aliquod proeliis fracti petere pacem coeperunt. Asculum a Cn. Pompeio captum est. caesis et a Mamerco Aemilio legato Italicis Silo Pompaedius dux Marsorum, auctor eius rei, in proelio cecidit. Ariobarzanes Cappadociae, Nicomedes Bithyniae regno a Mithridate Ponti rege pulsi sunt. praeterea incursiones Thraecum in Macedoniam populationesque continet.

EX LIB. LXXVII.

Cum P. Sulpicius trib. pleb. auctore C. Mario perniciosas leges promulgasset ut exsules reuocarentur, et noui ciues libertinique * distribuerentur, et ut C. Marius aduersus Mithridatem Ponti regem dux crearetur, et aduersantibus consulibus Q. Pompeio et L. Syllae uim intulisset, occiso Q. Pompeio consulis filio, genero Syllae, L. Sylla cos. cum exercitu in urbem uenit et aduersus factionem Sulpici et Mari in ipsa urbe pugnauit eamque expulit. ex qua XII a senatu hostes, inter quos C. Marius pater et filius, iudicati sunt. P. Sulpicius cum in quadam uilla lateret, indicio serui sui retractus et occisus est. seruus ut praemium promissum indici haberet, manumissus et ob scelus proditi

2 aurelius *Nς* ‖ aduersum *r* ‖ 3 gestis multis oppidis *r* ‖ hostium *Nς* ‖ 4 castrorum hostilium *r* ‖ Maruncinos *r* ‖ uniuersamque *r* ‖ 7 Cinna *scripsi:* pinna *Ng*, murena *ςr* ‖ Pio *Sigonius:* pinna *Nςr* ‖ 8 pacem petierunt *r* ‖ 9 et *om ςr* ‖ poppaedius *Nς* ‖ 10 huius *r* ‖ 13 macedonia *Nς* ‖ 17 distribuerentur in tribus *r* ‖ ut consul Marius *ςr* ‖ 18 aduersantis *r* ‖ 19 occiso Q. Pompeio *Sigonius:* occisoque pompei *Nςr*, occisoque pompeio *gς* ‖ 22 ex quo *r* ‖ 23 con. Marius *r* ‖ 25 et occisus *bis N* ‖ 26 promissi *Nςr* ‖ indici *Gronouius:* indicii *Nςr* ‖ est et *r* ‖

domini de saxo deiectus est. C. Marius filius in Africam traiecit. C. Marius pater cum in paludibus Minturnensium lateret, extractus est ab oppidanis, et cum missus ad occidendum eum seruus natione Gallus maiestate tanti uiri perterritus recessisset, inpositus publice naui delatus est in Africam. L. Sylla ciuitatis statum ordinauit, exinde colonias deduxit. Q. Pompeius cos. ad accipiendum a Cn. Pompeio procos. exercitum profectus consilio eius occisus est. Mithridates Ponti rex Bithynia et Cappadocia occupatis et pulso Aquilio legato Phrygiam, prouinciam populi Romani, cum ingenti exercitu intrauit.

EX LIB. LXXVIII.

Mithridates Asiam occupauit, Q. Oppium procos., item M'. Aquilium legatum in uincula coniecit, iussuque eius quidquid ciuium Romanorum in Asia fuit uno die trucidatum est. urbem Rhodum, quae sola in fide P. R. manserat, oppugnauit et aliquod proeliis naualibus uictus recessit. Archelaus praefectus regis in Graeciam cum exercitu uenit, Athenas occupauit. praeterea trepidationem urbium insularumque, aliis ad Mithridatem, aliis ad populum Romanum ciuitates suas trahentibus, continet.

EX LIB. LXXVIIII.

L. Cornelius Cinna cos. cum perniciosas leges per uim atque arma ferret, pulsus urbe ab Cn. Octauio collega cum † sex tribunis plebis imperioque ei abrogato, corruptum Appi Claudi exercitum in potestatem suam redegit et bellum urbi intulit, arcessito C. Mario ex Africa cum aliis exulibus. in

1 domini proditi *r* ‖ saxa *N* ‖ 3 missus *post* cum *ςr* ‖ 5 precessisset *N* ‖ in naui *r* ‖ 7 dedixit *r*, reduxit *Kieneius de bello sociali p.* 289 ‖ capiendum *r* ‖ 13 M'. *addidi: om Nςr* ‖ 16 fidem *N* ‖ fide permanserat *ςr* ‖ 18 regni *Nς* ‖ 23 A. *r* ‖ cos. *om ςr* ‖ atque arma *om ςr* ‖ 24 cum sexto tr. pl. *ς*. cum Sertorio *Linkerus* ‖ 27 accersito *r* ‖ ex Africa *post* exulibus *ςr* ‖

quo bello duo fratres, alter ex Pompei exercitu, alter ex Cinnae, ignorantes concurrerunt, et cum uictor spoliaret occisum, agnito fratre ingenti lamentatione edita, rogo ei extructo, ipse se supra rogum transfodit et eodem igne consumptus est. et cum opprimi inter initia potuissent, Cn. Pompei fraude, qui utramque partem fouendo uires Cinnae dedit nec nisi profligatis optimatium rebus auxilium tulit, et consulis segnitia confirmati Cinna et Marius quattuor exercitibus, ex quibus duo Q. Sertorio et Carboni dati sunt, urbem circumsederunt. Ostiam coloniam Marius expugnauit et crudeliter diripuit.

EX LIB. LXXX.

Italicis populis a senatu ciuitas data est. Samnites, qui soli arma recipiebant, Cinnae et Mario se coniunxerunt. ab his Plautius legatus cum exercitu caesus est. Cinna et Marius cum Carbone et Sertorio Ianiculum oppugnauerunt et fugati ab Octauio consule recesserunt. Marius Antium et Ariciam et Lanuuium colonias expugnauit. cum spes nulla esset optimatibus resistendi propter segnitiam et perfidiam et ducum et militum, qui corrupti aut pugnare nolebant, aut in diuersas partes transiebant, Cinna et Marius in urbem recepti sunt; qui uelut captam eam caedibus ac rapinis uastauerunt, Cn. Octauio cos. occiso et omnibus aduersae partis nobilibus trucidatis, inter quos M. Antonio, eloquentissimo uiro, et C. L. Caesaribus, quorum capita in rostris posita sunt. Crassus filius ab equitibus Fimbriae occisus, pater Crassus, ne quid indignum uirtute sua pate-

2 mortuum spoliaret *r* ‖ 4 supra rogum se *ςr* ‖ 5 potuissent *Gronouius:* potuisset *Nςr* ‖ 7 tuiti *Ng* ‖ 8 segnitie *r* ‖ 9 quorum *r* ‖ 10 Marius *om* *Ngς* ‖ 15 plautius cum *ςr*, plaucius cum *ς* ‖ 16 occupauerunt *ςr*, expugnauerunt *g* ‖ 17 antiam *N*, Antium quidem *r* ‖ 18 lauinium *ςr* ‖ deuastauit *r* ‖ nulla spes *ς*, nulla omnino spes *r* ‖ 19 segnitiem *ςr* ‖ 21 ad diuersas *ςr* ‖ transibant *ςr* ‖ urbe *r* ‖ 22 raptam *r* ‖ et *ςr* ‖ 23 uastarunt *r* ‖ omnia *N* ‖ 25 Caesaribus *Gronouius:* caesare *Nςr* ‖ 26 rostra *N* ‖ sunt *om* *r* ‖ 27 interemptus *r* ‖

retur, gladio se transfixit. et citra ulla comitia consules in sequentem annum se ipsos renuntiauerunt. eodemque die quo magistratum inierant Marius Sex. Licinium senatorem de saxo deici iussit, editisque plurimis sceleribus idibus Ianuar. decessit, uir, cuius si examinentur cum uirtutibus uitia, haut facile sit dictu utrum bello melior an pace perniciosior fuerit. adeo quam rem publicam armatus seruauit, eam primo togatus omne genere fraudis, postremo armis hostiliter euertit.

EX LIB. LXXXI.

L. Sylla Athenas, quas Archelaus praefectus Mithridatis occupauerat, circumsedente * et cum magno labore expugnaret, urbi libertatem et quae habuerant reddidit. Magnesia, quae sola in Asia ciuitas in fide manserat, summa uirtute aduersus Mithridaten defensa est. praeterea excursiones Thracum in Macedoniam continet.

EX LIB. LXXXII.

Sylla copias regis, quae Macedonia occupata in Thessaliam uenerant, proelio uicit, caesis hostium centum milibus et castris quoque expugnatis. renouato deinde bello iterum exercitum regis fudit ac deleuit. Archelaus cum classe regia Syllae se tradidit. L. Valerius Flaccus cos., collega Cinnae, missus ut Syllae succederet, propter auaritiam inuisus exercitui suo a C. Fimbria legato ipsius, ultimae audaciae homine, occisus est et imperium ad Fimbriam translatum. praeterea expugnatae in Asia urbes a Mithridate et

4 pluribus ς, multis *r* ‖ 6 doctu *r* ‖ 9 hostiliter *om r* ‖ 11 mithridratis *N* ‖ 12 occuparat *r* ‖ circumsedit ς*r* ‖ maximo *r* ‖ expugnaret *scripsi:* expugnare *N*, expugnauit ς*r*, expugnante *g* ‖ 13 et ciuibus quae habuerant *r* ‖ 16 res thracum ς ‖ trachum *N* ‖ thracum gesta *g* ‖ macedonia ς*r* ‖ gesta continet ς*r* ‖ 19 et *om r* ‖ 21 exercitum eius *r* ‖

crudeliter direpta prouincia, incursiones Thracum in Macedoniam referuntur.

EX LIB. LXXXIII.

Fl. Fimbria in Asia fusis proelio aliquod praefectis Mithridatis urbem Pergamum cepit obsessumque regem non multum afuit quin caperet. urbem Ilium, quae se potestati Syllae reseruabat, expugnauit ac deleuit et magnam partem Asiae recepit. Sylla compluribus proeliis Thracas cecidit. cum L. Cinna et Cn. Papirius Carbo, a se ipsis consules per biennium creati, bellum contra Syllam praepararent, effectum est per L. Valerium Flaccum principem senatus, qui orationem in senatu habuit, et per eos qui concordiae studebant ut legati ad Syllam de pace mitterentur. Cinna ab exercitu suo, quem inuitum cogebat naues conscendere et aduersus Syllam proficisci, interfectus est. consulatum Carbo solus gessit. Sylla cum in Asiam traiecisset, pacem cum Mithridate fecit ita ut his cederet prouinciis, Asia Bithynia Cappadocia. Fimbria desertus ab exercitu, qui ad Syllam transierat, ipse se percussit impetrauitque de seruo suo, praebens ceruicem, ut se interficeret.

EX LIB. LXXXIIII.

Sylla legatis, qui a senatu missi erant, futurum se in potestate senatus respondit, si ciues, qui pulsi a Cinna ad se confugerant, restituerentur. quae condicio cum iusta senatui uideretur, per Carbonem factionemque eius, cui bellum uidebatur utilius, ne conueniret effectum est. idem Carbo cum ab omnibus Italiae oppidis coloniisque obsides

1 incursionesque *ςr* ‖ 4 c. fimbria *ςr*, l. fimbria *g* ‖ proelio *om r* ‖ copiis *r* ‖ 5 non abfuit multum *r* ‖ 6 Ilion *r* ‖ 8 cum pluribus *Nς*, multis *r* ‖ 10 pararent *r* ‖ 15 interemptus *r* ‖ 16 Asia *r* ‖ 17 is *ς* ‖ 20 a seruo *ςr* ‖ ut eum occideret *ς*, ut eum omnino interficeret *r* ‖ 21 EX LIB. LXXXVIIII *N* ‖ 23 qui a Cinna pulsi *r* ‖ 27 oppidis italiae *ςr* ‖ coloniisque *om r*. ‖

exigere uellet ut fidem eorum contra Syllam obligaret, consensu senatus prohibitus est. nouis ciuibus SC. suffragium datum est. Q. Metellus Pius, qui partes optimatium secutus erat, cum in Africa bellum moliretur, a C. Fabio praetore pulsus est, senatusque consultum per factionem Carbonis et Marianarum partium factum est ut omnes ubique exercitus dimitterentur. libertini in quinque et triginta tribus distributi sunt. praeterea belli apparatum quod contra Syllam excitabatur continet.

EX LIB. LXXXV.

Sylla in Italiam cum exercitu traiecit missisque legatis qui de pace agerent et ab consule C. Norbano uiolatis eundem Norbanum proelio uicit. et cum L. Scipionis alterius cos., cum quo per omnia id egerat ut pacem iungeret nec potuerat, castra oppugnaturus esset, uniuersus exercitus consulis, sollicitatus per emissos a Sylla milites, signa ad Syllam transtulit. Scipio cum occidi posset, dimissus est. Cn. Pompeius, Cn. Pompei filius eius qui Asculum ceperat, priuatus conscripto uoluntariorum exercitu cum tribus legionibus ad Syllam uenerat, ad quem se nobilitas omnis conferebat, ita ut deserta urbe ad castra ueniretur. praeterea expeditiones per totam Italiam utriusque partis ducum referuntur.

EX LIB. LXXXVI.

Cum C. Marius C. Mari filius cos. ante annos xx per uim creatus esset, C. Fabius in Africa propter crudelitatem et auaritiam suam in praetorio suo uiuus exustus est. L. Phi-

2 est *om r* ‖ 3 g. metellus *N* ‖ partem optimatum ς ‖ 8 quod plurimum excitabatur *r* ‖ 12 et *om* ς ‖ a consule Cn. Carbone et C. Narbone *r* ‖ cn. *N* ‖ 17 interimi *r* ‖ 18 Pompei *om r* ‖ filius *om N* ‖ 19 priuatus *Gronouius:* scriptus *Ng*ς ‖ conscripto quidem *r* ‖ 22 uniuersam *r* ‖ 25 XXV *Aurelius Victor de uiris illustribus* 68, XXVI *Velleius II,* 26 ‖ 26 Africam *r* ‖ 27 suam *om r* ‖

lippus legatus Syllae Sardiniam Q. Antonio praetore pulso et occiso occupauit. Sylla cum Italicis populis, ne timeretur ab eis uelut erepturus ciuitatem et suffragii ius nuper datum, foedus percussit. idemque ex fiducia iam certae uictoriae litigatores, a quibus adibatur, uadimonia Romam deferre iussit, cum a parte diuersa urbs adhuc teneretur. L. Damasippus praetor ex uoluntate C. Mari consulis cum senatum contraxisset, omnem quae in urbe erat nobilitatem trucidauit. ex cuius numero Q. Mucius Scaeuola pont. max. fugiens in uestibulo aedis Vestae occisus est. praeterea bellum a L. Murena aduersus Mithridaten in Asia renouatum continet.

EX LIB. LXXXVII.

Sylla C. Marium, exercitu eius fuso deletoque ad Sacriportum, in oppido Praeneste obsedit, urbem Romam ex inimicorum manibus recepit. Marium erumpere temptantem reppulit. praeterea res a legatis eius eadem ubique fortuna partium gestas continet.

EX LIB. LXXXVIII.

Sylla Carbonem cum *, exercitu ad Clusium, ad Fauentiam Fidentiamque caeso, Italia expulit, cum Samnitibus, qui soli ex Italicis populis nondum arma posuerant, iuxta urbem Romam ante portam Collinam debellauit, reciperataque re publica pulcherrimam uictoriam crudelitate, quanta in nullo hominum fuit, inquinauit. $\overline{\mathrm{VIII}}$ dediticiorum in uilla publica trucidauit, tabulam proscriptionis posuit, urbem ac totam Italiam caedibus repleuit, inter quas omnes

3 ciuitates *Ngς* ‖ 5 adhibebantur *ςr* ‖ 6 differre *Sigonius* ‖ 7 Damasippus *Frobenius:* damasicius *Nς*, damascius *ςr* ‖ 9 cuius quidem *r* ‖ 17 fortunam *Nς* ‖ 18 gesta *Nς* ‖ 20 cum *om ςr* ‖ exercitu eius *ςr*, exercitu eius fuso *ς* ‖ 22 soli Italicorum populorum *r* ‖ 23 romanam *ςr* ‖ 25 nullo homine umquam *r* ‖ deditorum *ςr* ‖ 26 uia *r* ‖ proposuit *Drakenborchius* ‖ 27 et uniuersam *r* ‖

Praenestinos inermes concidi iussit, Marium, senatorii ordinis uirum, cruribus brachiisque fractis, auribus praesectis et effossis oculis necauit. C. Marius Praeneste obsessus a Lucretio Ofella, Syllanarum partium uiro, cum per cuniculum captaret euadere saeptum exercitu, mortem consciuit. id est, in ipso cuniculo, cum sentiret se euadere non posse, cum Telesino fugae comite stricto utrimque gladio concurrit; quem cum occidisset, ipse saucius impetrauit a seruo ut se occideret.

EX LIB. LXXXVIIII.

M. Brutus a Cn. Papirio Carbone, † quem Cossuram adpulerant, missus naue piscatoria Lilybaeum ut exploraret, an ibi iam Pompeius esset, et circumuentus nauibus quas Pompeius miserat, in se mucroni uerso ad transtrum nauis obnixus corporis pondere incubuit. Cn. Pompeius in Siciliam cum imperio a senatu missus Cn. Carbonem, qui flens muliebriter mortem tulit, captum occidit. Sylla dictator factus, quod nemo umquam fecerat, cum fascibus XXIIII processit. legibus nouis rei publicae statum confirmauit, tribunorum plebis potestatem minuit et omne ius legum ferendarum ademit, pontificum augurumque collegium ampliauit ut essent XV, senatum ex equestri ordine suppleuit, proscriptorum liberis ius petendorum honorum eripuit et bona eorum uendidit; ex quibus plurima [prima] rapuit. redactum est sestertium ter milies quingenteis. Q. Lucretium Ofellam aduersus uoluntatem

1 interinti *r* ‖ 3 defossis *ςr* ‖ 4 Ofella *Sigonius:* afella *Nςr* ‖ 5 septus *ςr* ‖ ab exercitu *r* ‖ sibi consciuit *ςr* ‖ 6 idem *ς*, *om r* ‖ 7 minime *r* ‖ Pontio Thelesino *r* ‖ thelesino *Ng* ‖ 8 occurrit *r* ‖ ipse *om r* ‖ 9 a seruo impetrauit *r* ‖ 11 L. *r* ‖ a *om Nς* ‖ qui *ςr* ‖ Cossuram *Sigonius:* corcyram *Nςr* ‖ appulerat *ςr*, appellauerant *g* ‖ 13 iam *om ςr* ‖ a nauibus *ςr* ‖ 14 mucroni *Gronouius:* muerone *N*, mucrone *ςr* ‖ 18 nemo quidem umquam *r* ‖ 19 legibus *Gronouius:* rebus *Nς*, rebusque *r* ‖ 25 primo *ς*, praemia *ς* ‖ primo multa *r* ‖ 26 quingenciesque lucretium *ςr* ‖ Ofellam *Sigonius:* afellam *Nςr* ‖ consulatum contra *r* ‖

suam consulatum petere ausum iussit occidi in foro, et cum hoc indigne ferret populus Romanus, contione aduocata se iussisse dixit. Cn. Pompeius in Africa Cn. Domitium proscriptum et Hiarbam regem Numidiae bellum molientes uictos occidit et quattuor et uiginti annos natus, adhuc eques Romanus, quod nulli contigerat, ex Africa triumphauit. C. Norbanus consularis proscriptus in urbe Rhodo cum conprehenderetur, ipse se occidit. Mutilus, unus ex proscriptis, clam capite adoperto ad posticas aedes Bastiae uxoris cum accessisset, admissus non est, quia illum proscriptum diceret. itaque ipse se transfodit et sanguine suo fores uxoris respersit. Sylla †nolam in Samnio recepit. XLVII legiones in agros captos deduxit, et eos his diuisit. Volaterras, quod oppidum adhuc in armis erat obsessum, in deditionem accepit. Mitylenae quoque in Asia, quae sola urbs post uictum Mithridatem arma retinebat, expugnatae dirutaeque sunt.

EX LIB. XC.

Sylla decessit, honosque ei a senatu habitus est ut in campo Martio sepeliretur. M. Lepidus cum acta Syllae temptaret rescindere, bellum excitauit. a Q. Catulo collega Italia pulsus et in Sardinia frustra bellum molitus periit. M. Brutus, qui cisalpinam Galliam optinebat, a Cn. Pompeio occisus est. Q. Sertorius proscriptus in ulteriore Hispania ingens bellum excitauit. L. Manlius procos. et M. Domitius legatus ab Hirtuleio quaestore proelio uicti sunt.

1 consulatum *om* *r* ‖ interimi *r* ‖ 2 hoc *om* *r* ‖ uocata *r* ‖ 4 Hiarbam *Sigonius:* hiertam *N*, hieritam *ς*, hiericam *ςr* ‖ Numidarum *r* ‖ 5 interemit *r* ‖ adhuc eques adhuc *N* ‖ 6 quod quidem nemini *r* ‖ contegerat *N* ‖ 7 C. *Sigonius:* cn. *Nςr* ‖ 8 se ipse interemit. Metellus ex proscriptis unus *r* ‖ 9 posticias *Nς* ‖ posticum aedis *r* ‖ 10 minime *r* ‖ 11 ipse *om* *ςr* ‖ 12 uxoris *om* *r* ‖ nolam *gςr* ‖ a Samnitibus *Gronouius* ‖ 13 in *om* *Ng* ‖ 14 athuc *N* ‖ 16 retinebant *Ng* ‖ 20 m. aemilius lepidus *ς* ‖ 21 et a *r* ‖ 22 pulsus est *ςr* ‖ perit *N* ‖ 23 tenebat *r* ‖ 25 L. *Sigonius*, Cn. *Drakenborchius* ‖ M. Antonius *r* ‖ 26 herculeio *ςr* ‖ uictunt *N* ‖

praeterea res a P. Seruilio procos. aduersus Cilicas gestas continet.

EX LIB. XCI.

Cn. Pompeius cum adhuc eques R. esset, cum imperio proconsulari aduersus Sertorium missus est. Sertorius aliquod urbes expugnauit plurimasque ciuitates in potestatem suam redegit. Appius Claudius procos. Thracas pluribus proeliis uicit. Q. Metellus procos. L. Hirtuleium quaestorem Sertori cum exercitu cecidit.

EX LIB. XCII.

Cn. Pompeius dubio euentu cum Sertorio pugnauit, ita ut singula ex utraque parte cornua uicerint. Q. Metellus Sertorium et Perpernam cum duobus exercitibus proelio fudit, cuius uictoriae partem cupiens ferre Pompeius parum prospere pugnauit. obsessus deinde Cluniae Sertorius adsiduis eruptionibus non leuiora damna obsidentibus intulit. praeterea res ab Curione procos. in Thracia gestas aduersus Dardanos et Q. Sertori multa crudelia in suos facta continet; qui plurimos ex amicis et secum proscriptis crimine proditionis insimulatos occidit.

EX LIB. XCIII.

P. Seruilius procos. in Cilicia Isauros domuit et aliquod urbes piratarum expugnauit. Nicomedes Bithyniae rex populum Romanum fecit heredem, regnumque eius in pro-

1 res *om* *r* ‖ res gestas *r* ‖ 4 athuc *N* ‖ eques R. *Sigonius:* equester *Nς*, eques *gς*, questor *r* ‖ 5 consulari *ςr* ‖ 8 herculeium *ςr* ‖ 9 omnino cum *r* ‖ 11 adhuc dubio *r* ‖ 12 sinistra *Gronouius* ‖ Q. Sertorius Metellum *r* ‖ 13 perpennam *ςr* ‖ 14 auferre *r* ‖ 15 Calagurii *r* ‖ 16 tulit *r* ‖ 17 res *om* *ςr* ‖ ab Curione *Gronouius:* a p. cursone *N*, a p. cursore *ςr* ‖ res gestas *ςr* ‖ 19 plurimos amicorum — proscriptorum *r* ‖ 20 interemit *r* ‖ 22 L. *r* ‖ 23 moriens populum *r* ‖

uinciae formam redactum est. Mithridates foedere cum Sertorio icto bellum populo Romano intulit. apparatus dein regiarum copiarum pedestrium naualiumque; et occupata Bithynia M. Aurelius Cotta cos. ad Calchedona proelio a rege uictus; resque a Pompeio et Metello aduersus Sertorium .. omnibus belli militiaeque artibus par fuit, * et ab obsidione Calaguris oppidi depulsos coegerit diuersas regiones petere, Metellum ulteriorem Hispaniam, Pompeium Galliam.

EX LIB. XCIIII.

L. Licinius Lucullus cos. aduersus Mithridaten equestribus proeliis feliciter pugnauit et aliquod expeditiones prosperas fecit poscentesque pugnam milites a seditione inhibuit. Deiotarus Gallograeciae tetrarches praefectos Mithridatis bellum in Phrygia mouentes cecidit. praeterea res a Cn. Pompeio in Hispania contra Sertorium prospere gestas continet.

EX LIB. XCV.

C. Curio procos. Dardanos in Thracia domuit. quattuor et septuaginta gladiatores Capuae ex ludo Lentuli profugerunt et congregata seruitiorum ergastulorumque multitudine Crixo et Spartaco ducibus bello excitato Claudium Pulchrum legatum et P. Varenum praetorem proelio uicerunt. L. Lucullus procos. ad Cyzicum urbem exercitum Mithridatis fame ferroque deleuit, pulsumque Bithynia re-

2 deinde *ςr* ‖ 4 calchedonam *Nς*, chalcedoniam *ςr* ‖ 5 uictus est rexque *r* ‖ metello aduersus sertorium qui omnibus *ς*, metello gestas continet aduersus sertorium quibus omnibus *gς*, Metello uictus et ut contra Sertorium egerunt qui omnibus *r* ‖ 6 fuit quos ab *g*, fuit quod et ab *ς*, fuit quos etiam ab *r* ‖ 7 Calagurii *r* ‖ coegit *ςr* ‖ 11 Licinius *om r* ‖ 12 expeditiones aliquot *r* ‖ 14 praefectus *Ng* ‖ 16 Cn. *om r* ‖ 21 seruorum et ergastulorum *r* ‖ 22 Chryso *r* ‖ 23 Vorenum *r* ‖ 25 a bithynia *ςr* ‖

gem uariis belli ac naufragiorum casibus fractum coegit in Pontum profugere.

EX LIB. XCVI.

Q. Arrius praetor Crixum fugitiuorum ducem cum $\overline{\text{xx}}$ hominum cecidit. Cn. Lentulus cos. male aduersus Spartacum pugnauit. ab eodem L. Gellius cos. et Q. Arrius praetor acie uicti sunt. Sertorius a M. Perperna et M'. Antonio et aliis coniuratis in conuiuio interfectus est octauo ducatus sui anno; magnus dux et aduersus duos imperatores Pompeium et Metellum uel frequentius uictor, ad ultimum et saeuus et prodigus. imperium partium ad Marcum translatum, quem Cn. Pompeius uictum captumque interfecit, ac recepit Hispanias decimo fere anno quam coeptum est bellum. C. Cassius procos. et Cn. Manlius praetor male aduersus Spartacum pugnauerunt, idque bellum M. Crasso praetori mandatum est.

EX LIB. XCVII.

M. Crassus praetor primum cum parte fugitiuorum, quae ex Gallis Germanisque constabat, feliciter pugnauit, caesis hostium $\overline{\text{xxxv}}$ et ducibus eorum Casto et Gannico. cum Spartaco deinde debellauit, caesis cum ipso $\overline{\text{lx}}$. M. Antonius praetor bellum aduersus Cretenses parum prospere susceptum morte sua finiit. M. Lucullus procos. Thracas subegit. L. Lucullus in Ponto aduersus Mithridaten feliciter pugnauit, caesis hostium amplius quam LX

2 portutum *N*, portum ς ‖ 4 arius ς*r* ‖ Chrisum *r* ‖ 6 ab eodem cos. l. gellius et q. arrius praetores *N*ς ‖ 7 m. antonio et m. perperna ς*r* ‖ M'. *Sigonius:* m. *N*ς*r* ‖ 10 saepe par uel *g*, saepe par aut *r* ‖ 11 ultimum desertus et proditus *r* ‖ m. perpennam *g*ς, Marium *r* ‖ 12 translatum est *r* ‖ 13 interemit *r* ‖ quam *om N*ς, quo ς ‖ 14 et *om r* ‖ 15 sparthacum *N* ‖ 18 Q. *r* ‖ 20 inimicorum *r* ‖ duce ς*r* ‖ Casto et *scripsi:* caesis et *N*ς, *om r* ‖ Granico *r* ‖ 21 debellauit *Perizonius:* bellauit *N*ς*r* ‖ XL milibus *gr* ‖ 23 gestum ς*r* ‖

milia. M. Crassus et Cn. Pompeius consules facti, † sic ut Pompeius antequam quaesturam gereret, ex equite Romano, tribunitiam potestatem restituerunt. iudicia quoque per M. Aurelium Cottam praetorem ad equites Romanos translata sunt. Mithridates desperatione rerum suarum coactus ad Tigranem Armeniae regem confugit.

EX LIB. XCVIII.

Machares filius Mithridatis, Bospori rex, a L. Lucullo in amicitiam receptus est. Cn. Lentulus et L. Gellius censores asperam censuram egerunt quattuor et sexaginta senatu motis. a quibus lustro condito censa sunt ciuium capita $\overline{\text{DCCCC}}$. L. Metellus praetor in Sicilia aduersus piratas prospere rem gessit. templum Iouis in Capitolio, quod incendio consumptum ac refectum erat, a Q. Catulo dedicatum est. L. Lucullus in Armenia Mithridaten et Tigranen et ingentes utriusque regis copias pluribus proeliis fudit. Q. Metellus procos. bello aduersus Cretenses mandato Cydoniam urbem obsedit. C. Triarius legatus Luculli aduersus Mithridaten parum prospere pugnauit. Lucullum ne persequeretur Mithridaten ac Tigranen summamque uictoriae inponeret seditio militum tenuit qui sequi nolebant. id est legiones Valerianae, quae impleta a se stipendia dicentes Lucullum reliquerunt.

EX LIB. XCVIIII.

Q. Metellus procos. Cnoson et Lyctum et Cydoniam et alias plurimas urbes expugnauit. L. Roscius trib. pl. legem tulit ut equitibus Romanis in theatro XIIII gradus

1 milibus ϛ*r* ‖ facti sed ϛ, facti sunt sicut *r* ‖ 3 L. *Sigonius* ‖ 8 Nachares *r* ‖ bosfori *N*ϛ, Bosphori *r* ‖ 11 lustrum conditum est *r* ‖ 12 quadringenta quinquaginta milia *r* ‖ 14 consumptum erat refectum a *r* ‖ et tigridaten *N* ‖ 16 immensas *r* ‖ floribus *N* ‖ multis certaminibus *r* ‖ 17 bello sibi *r* ‖ 21 quia *N*ϛ ‖ id est quae *N*, id est quia ϛ*r* ‖ 22 quae *om* ϛ*r* ‖ 25 gnoson ϛ*r* ‖ Lyctum *Moguntina:* lycium *N*ϛ*r* ‖ cydoneam *N* ‖ 26 ciuitates *r* ‖

proximi adsignarentur. Cn. Pompeius lege ad populum lata persequi piratas iussus, qui commercium annonae intercluserant, intra quadragesimum diem toto mari eos expulit, belloque cum eis in Cilicia confecto acceptis in deditionem piratis agros et urbes dedit. praeterea res gestas a Q. Metello aduersus Cretenses continet et epistulas Metelli et Cn. Pompei inuicem missas. queritur Q. Metellus gloriam sibi rerum a se gestarum a Pompeio praeripi, qui in Cretam miserit legatum suum ad accipiendas urbium deditiones. Pompeius rationem reddit hoc se facere debuisse.

EX LIB. C.

C. Manilius tr. pl. magna indignatione nobilitatis legem tulit ut Pompeio Mithridaticum bellum mandaretur. contio eius bona. Q. Metellus perdomitis Cretensibus liberae in id tempus insulae leges dedit. Cn. Pompeius ad gerendum bellum aduersus Mithridaten profectus cum rege Parthorum Phraate amicitiam renouauit. equestri proelio Mithridaten uicit. praeterea bellum inter Phraaten regem Parthorum et Tigranen Armeniorum, ac deinde inter filium Tigranen patremque gestum continet.

EX LIB. CI.

Cn. Pompeius Mithridaten nocturno proelio uictum coegit Bosporum profugere. Tigranen in deditionem accepit eique ademptis Syria Phoenice Cilicia regnum Armeniae restituit. coniuratio eorum qui in petitione consulatus ambitus damnati erant facta de interficiendis consulibus obpressa est. Cn. Pompeius cum Mithridaten persequere-

4 sicilia ςr || 5 gestas *om r* || 7 Q. *scripsi:* que *N*ς, *om r* || 8 sibi *om r* || a Pompeio sublatam *r* || praeterii *N*, praeteriri ς*r* || 10 Romae rationem *r* || 12 cum manlius *N*ς, L. Manilius *r* || indignatione maxima *r* || 13 bellum mithridaticum ς*r* || contio Ciceronis *Bursianus* || 14 domitis *r* || 15 legem tulit *r* || 17 prahate *N*, pharnace *g*, Phraharte *r* || 19 armeniorum regem ς*r* || ac demum *r* || 23 et quae *N*, etque ς || 24 phoenicia et ς*r* ||

tur, in ultimas ignotasque gentes penetrauit. Hiberos Albanosque, qui transitum non dabant, proelio uicit. praeterea fugam Mithridatis per Colchos Heniochosque et res ab eo in Bosporo gestas continet.

EX LIB. CII.

Cn. Pompeius in prouinciae formam Pontum redegit. Pharnaces filius Mithridatis bellum patri intulit. ab eo Mithridates obsessus in regia cum ueneno sumpto parum profecisset ad mortem, a milite Gallo nomine Bitoco, a quo ut adiuuaret se petierat, interfectus est. Cn. Pompeius Iudaeos subegit, fanum eorum Hierosolyma, inuiolatum ante id tempus, cepit. L. Catilina bis repulsam in petitione consulatus passus cum Lentulo praetore et Cethego et conpluribus aliis coniurauit de caede consulum et senatus, incendiis urbis et obprimenda re publica, exercitu quoque in Etruria conparato. ea coniuratio industria M. Tulli Ciceronis eruta est. Catilina urbe pulso de reliquis coniuratis supplicium sumptum est.

EX LIB. CIII.

Catilina a C. Antonio procos. cum exercitu caesus est. P. Clodius accusatus, quod in habitu mulieris in sacrarium, quo uirum intrare nefas est, † cum intrasset et uxorem * maximi pontificis stuprasset, absolutus est. C. Pontinus praetor Allobrogas, qui rebellauerant, ad Solonem domuit. P.

2 que *om r* ‖ minime *r* ‖ 3 Colchos *r* ‖ Heniochosque *Frobenius:* etnichosque *N*, hernicosque *gς*, ethnicosque *r* ‖ 9 bithocco *ςr* ‖ adiuuaretur petierat *r* ‖ 11 hierosolymam *ς*, in hierosolyma *ςr* ‖ ad id *ς* ‖ 12 catillina *N* ‖ 13 conpluribus *scripsi:* cum pluribus *N*, pluribus *ςr* ‖ 14 aliis *om r* ‖ 15 urbis opprimenda *r* ‖ 17 catillina *N* ‖ 18 omnino sumptum supplicium est *r* ‖ 20 catillina *N* ‖ 24 in mulieris habitu sacrarium *r* ‖ 22 quo *Gruterus:* in quo *Nςr* ‖ cumque *r* ‖ et *om r* ‖ maximi *Sigonius:* metelli *Nςr* ‖ 23 Ponti stuprauisset *r* ‖ est *om r* ‖ cn. *Nςr* ‖ pontinius *ςr* ‖ praeto *N* ‖ 24 Allobroges *r* ‖

Clodius ad plebem transiit. C. Caesar Lusitanos subegit. eoque consulatus candidato et captante rem publicam inuadere conspiratio inter tres ciuitatis principes facta est, Cn. Pompeium M. Crassum C. Caesarem. leges agrariae a Caesare cos. cum magna contentione inuito senatu et altero consule M. Bibulo latae sunt. C. Antonius procos. in Thracia parum prospere rem gessit. M. Cicero lege a P. Clodio tr. pl. lata, quod indemnatos ciues necauisset, in exilium missus est. Caesar in prouinciam Galliam profectus Heluetios, uagam gentem, domuit, quae sedem quaerens per prouinciam Caesaris Narbonem iter facere uolebat. praeterea situm Galliarum continet. Pompeius de liberis Mithridatis Tigrane et Tigranis filio triumphauit, Magnusque a tota contione consalutatus est.

EX LIB. CIIII.

Prima pars libri situm Germaniae moresque continet. C. Caesar cum aduersus Germanos, qui Ariouisto duce in Galliam transcenderant, exercitum duceret rogatus ab Aeduis et Sequanis, quorum ager possidebatur, trepidationem militum propter metum nouorum hostium ortam adlocutione exercitus inhibuit et uictos proelio Germanos Gallia expulit. M. Cicero Pompeio inter alios res gerente et T. Annio Milone tr. pl. ingenti gaudio senatus ac totius Italiae ab exilio reductus est. Cn. Pompeio per quinquennium annonae cura mandata est. Caesar Ambianos Suessionas Viromanduos Atrebates, Belgarum populos, quorum ingens multitudo erat, proelio uictos in deditionem accepit, ac

1 transit *N*ς ‖ g. *N* ‖ 4 et C. Caesarem *r* ‖ 5 maxima *r* ‖ 7 ab ap. claudio ς*r* ‖ 8 quia *r* ‖ 9 est *om N*ς ‖ 11 Narbonensem *Gronouius* ‖ uolebant *N* ‖ 12 de Mithridate ductis ante currum Mithridatis *Gronouius* ‖ 13 trigane *N* ‖ 14 consulatus *N* ‖ 16 g. *N* ‖ 17 Caesar contra *r* ‖ ariuisto *N*, aruisto *g* ‖ 18 descenderant *r* ‖ Heduis *r* ‖ 21 Gallia omni *r* ‖ 22 res gerente *scripsi:* exerente *N*, exercente *g*, orante ς*r* ‖ 23 plebis agente *r* ‖ uniuersae *r* ‖ 25 suessiones ς*r* ‖ 26 uiromandos ς ‖ quidem maxima *r* ‖

deinde contra Neruios, unam ex his ciuitatibus, cum magno discrimine pugnauit eamque gentem deleuit, quae bellum gessit, donec ex $\overline{\text{LX}}$ armatorum M superessent, ex DC senatoribus tres tantum euaderent. lege lata de redigenda in prouinciae formam Cypro et publicanda pecunia regia M. Catoni administratio eius rei mandata est. Ptolemaeus Aegypti rex ob iniurias quas patiebatur a suis regno * Romam uenit. C. Caesar Venetos, gentem Oceano iunctam, nauali proelio uicit. praeterea res a legatis eius eadem fortuna gestas continet.

EX LIB. CV.

Cum C. Catonis tribuni plebis intercessionibus comitia tollerentur, senatus uestem mutauit. M. Cato in petitione praeturae praelato Vatinio repulsam tulit. idem cum legem impediret, qua prouinciae consulibus in quinquennium, Pompeio Hispaniae, Crasso Syria et Parthicum bellum dabantur, a C. Trebonio tr. pl. legis auctore in uincula ductus est. A. Gabinius procos. Ptolemaeum reduxit in regnum Aegypti, eiecto Archelao, quem sibi regem adsciuerant. uictis Germanis in Gallia Caesar Rhenum transcendit et proximam partem Germaniae domuit, ac deinde Oceano in Brittanniam primo parum prospere tempestatibus aduersis traiecit, iterum felicius, magnaque multitudine hostium caesa aliquam partem insulae in potestatem redegit.

1 unius *Nς* ‖ harum ciuitatum *r* ‖ ciuitatis *Nς* ‖ maximo *r* ‖ 3 trecenti *ςr*, *om ς* ‖ ex nonaginta quinque *r* ‖ 4 tantummodo *r* ‖ in *om N* ‖ 6 eiusdem *r* ‖ 7 patiebantur *r* ‖ regno pulsus *ςr* ‖ 8 Venetos *om r* ‖ iunctam scilicet Venetos *r* ‖ 9 res *om r* ‖ 10 res gestas *r* ‖ 12 M. *r* ‖ tribus *N* ‖ 15 prouintiae *N* ‖ 16 bellum caesari gallia et germania dabantur *ςr* ‖ 18 aurelius *Ng* ‖ in regnum reduxit *r* ‖ 19 et *N*, reiecto *ςr* ‖ ad adsciuerant *N* ‖ 20 caesar uictis *ςr* ‖ et in *ςr* ‖ Caesar *scripsi:* caesis *Nς*, caesisque *ςr* ‖ 21 et *om r* ‖ 22 primo *om r* ‖ 23 iterum felicius *Gronouius:* iterum parum felicius *Nς*, iterumque felicius *ςr* ‖ maximaque hominum multitudine *r* ‖

EX LIB. CVI.

Iulia Caesaris filia, Pompei uxor, decessit, honosque ei a populo habitus est ut in campo Martio sepeliretur. Gallorum aliquod populi Ambiorige duce, rege Eburonum, defecerunt. a quibus Cotta et Titurius legati Caesaris circumuenti insidiis cum exercitu cui praeerant caesi sunt. et cum aliarum quoque legionum castra oppugnata magno labore defensa essent, inter quae eius qui in Treueris praeerat, Q. Ciceronis, ab ipso Caesare hostes proelio fusi sunt. M. Crassus bellum Parthis inlaturus Euphraten flumen transiit, uictusque proelio, in quo et filius eius cecidit, cum reliquias exercitus in collem recepisset, euocatus in colloquium ab hostibus uelut de pace acturis, quorum dux erat Surenas, conprehensus et ne quid uiuus pateretur repugnans interfectus est.

EX LIB. CVII.

C. Caesar Treueris in Gallia uictis iterum in Germaniam transiit, nulloque ibi hoste inuento reuersus in Galliam Eburonas et alias ciuitates quae conspirauerant uicit et Ambiorigem in fuga persecutus est. P. Clodi a T. Annio Milone candidato consulatus Appia uia ad Bouillas occisi corpus plebs in curia cremauit. cum seditiones inter candidatos consulatus Hypsaeum Scipionem Milonem essent, qui armis ac ui contendebant, ad conprimendas eas Cn. Pompeius † legatus et a senatu consul tertio factus est ab-

2 maximus ei *r* ‖ 3 sepelliretur *N* ‖ 4 multi *r* ‖ rege *add Gronouius: om Nςr* ‖ eburnorum *Nς* ‖ 5 Titurius *Sigonius:* tigorius *N*, tigurius *gς*, T. Auruncleius *r* ‖ insidiis circumuenti *r* ‖ 7 maximo *r* ‖ 8 interque *Nςr* ‖ eos *r* ‖ treberis *N*. Neruiis *Perizonius* ‖ 9 Ciceronis *Drakenborchius:* cicero *Nςr* ‖ praelio *N* ‖ 10 fluuium *r* ‖ transit *N*, transiuit *r* ‖ 13 ut *r* ‖ acturus *r* ‖ 15 interemptus est et ita periit *r* ‖ 17 I. *r* ‖ 18 transit *Nς* ‖ inuento hoste *r* ‖ reuersus est *N* ‖ 19 euburonas *Ng* ‖ 20 regem ambiorigem *ςr* ‖ est *om N*. frustra persecutus est *Dukerus* ‖ 23 et milonem *ςr* ‖ 25 pompeio legato *Ngς* ‖ et *om r* ‖ Pompeius delegatus (*uel* rogatus) a senatu et *Gronouius* ‖

sens et solus, quod nulli alii umquam*. quaestione decreta de morte P. Clodi Milo iudicio damnatus in exilium actus est. lex lata est ut ratio absentis Caesaris in petitione consulatus haberetur, inuito et contradicente M. Catone. praeterea res gestas a C. Caesare aduersus Gallos, qui prope uniuersi Vercingentorige Aruerno duce defecerunt, et laboriosas obsidiones urbium continet, inter quas Auarici Biturigum et Gergouiae Aruernorum.

EX LIB. CVIII.

C. Caesar Gallos ad Alesiam uicit omnesque Galliae ciuitates, quae in armis fuerant, in deditionem accepit. C. Cassius quaestor M. Crassi Parthos, qui in Syriam transcenderant, cecidit. in petitione consulatus M. Cato repulsam tulit, creatis consulibus Ser. Sulpicio M. Marcello. C. Caesar Bellouacos cum aliis Gallorum populis domuit. praeterea contentiones inter consules de successore C. Caesari mittendo, agente in senatu M. Marcello cos. ut Caesar ad petitionem consulatus ueniret, cum is lege lata in tempus consulatus prouincias obtinere deberet, resque a M. Bibulo in Syria gestas continet.

EX LIB. CVIIII
QVI EST CIVILIS BELLI PRIMVS.

Causae ciuilium armorum et initia referuntur contentionesque de successore C. Caesari mittendo, cum se dimissurum exercitus negaret, nisi a Pompeio dimitterentur. et C. Curionis tr. pl. primum aduersus Caesarem, dein pro Cae-

1 nemini umquam *r* ‖ umquam contigit *ςr*, umquam accidit *g* ‖ 5 g. *N* ‖ aduersum *r* ‖ 8 et *om r* ‖ Gergouis *r* ‖ auernorum *Nς* ‖ 10 cum *Nς*, I *r* ‖ alexiam *ςr* ‖ 11 Cassius *Frobenius:* caesius *Nςr* ‖ c. cassi *Nς* ‖ 14 et M. Marcello *r* ‖ g. *N* ‖ 16 contentiones *Aldus:* continet *Nςr* ‖ 17 in tempus *Gronouius:* in id tempus *Nςr* ‖ 20 gestas in syria *ςr* ‖ 22 *inscriptionem libri huius ut sequentium om ςr* ‖ 25 exercitum *ςr* ‖ 26 dein pro Caesare *Sigonius:* de pr caesare *N*, de po. ro. caesarisque *g*, de re p. caesaris *ς*, *om r* ‖

sare actiones continet. cum senatusconsultum factum esset ut successor Caesari mitteretur, M. Antonius et Q. Cassius tr. pl. quoniam intercessionibus id senatusconsultum impediebant, urbe pulsi sunt, mandatumque a senatu consulibus et Cn. Pompeio ut uiderent, ne quid res publica detrimenti caperet. C. Caesar bello inimicos persecuturus cum exercitu in Italiam uenit, Corfinium cum L. Domitio et P. Lentulo cepit eosque dimisit, Cn. Pompeium ceterosque partium eius Italia expulit.

EX LIB. CX
QVI EST CIVILIS BELLI SECVNDVS.

C. Caesar Massiliam, quae portas cluserat, obsedit et relictis in obsidione urbis eius legatis C. Trebonio et D. Bruto profectus in Hispaniam L. Afranium et M. Petreium legatos Cn. Pompei cum VII legionibus ad Ilerdam in deditionem accepit omnesque incolumes dimisit, Varrone quoque legato Pompei cum exercitu in potestatem suam redacto. Gaditanis ciuitatem dedit. Massilienses duobus naualibus proeliis uicti post longam obsidionem potestati Caesaris se permiserunt. C. Antonius legatus Caesaris male aduersus Pompeianos in Illyrico rebus gestis captus est. in quo bello Opitergini transpadani, Caesaris auxiliares, rate sua ab hostibus nauibus clusa potius quam in potestatem hostium uenirent inter se concurrentes occubuerunt. C. Curio legatus Caesaris in Africa cum prospere aduersus Varum Pompeianarum partium ducem pugnasset, a Iuba rege Maure-

2 omnino mitteretur *r* ‖ M. Antonius et Q. Crassus *scripsi:* m. antonio et q. crasso *Nςr* ‖ 4 pulsi sunt *scripsi:* pulsis *Nςr* ‖ 6 persecutus *r* ‖ 8 P. *Perizonius:* l. *Nςr* ‖ 9 uniuersosque eius partium Italia omnino *r* ‖ 12 I *r* ‖ ipsi clauserat *ςr* ‖ 13 urbis eius legatis *om ςr* ‖ 14 africanum *Nς* ‖ M. *Sigonius:* c. *Nςr* ‖ 19 uicti *Mediolanensis:* uicit *Nςr* ‖ in potestatem *r* ‖ 20 contra Pompeianos pugnauit et in Illyrico captus est *r* ‖ 23 hostium *ς*, hostilibus *r* ‖ clausa *ςr* ‖ inimicorum *r* ‖ 24 occurrentes *ςr* ‖ 25 prospere *om r* ‖ Varum *om ςr* ‖ 26 duce *N* ‖ ducem uarum *ς*, ducem Varronem *r* ‖

taniae cum exercitu caesus est. C. Caesar in Graeciam traiecit.

EX LIB. CXI
QVI EST CIVILIS BELLI TERTIVS.

M. Caelius Rufus praetor cum seditiones in urbe concitaret nouarum tabularum spe plebe sollicitata, abrogato magistratu pulsus urbe Miloni exuli, qui fugitiuorum exercitum contraxerat, se coniunxit. uterque cum bellum molirentur, interfecti sunt. Cleopatra regina Aegypti a Ptolemaeo fratre regno pulsa est. propter Q. Cassi praetoris auaritiam crudelitatemque Cordubenses in Hispania cum duabus Varianis legionibus a partibus Caesaris desciuerunt. Cn. Pompeius ad Dyrrachium obsessus a Caesare et, praesidiis eius cum magna clade diuersae partis expugnatis, obsidione liberatus translato in Thessaliam bello apud Pharsaliam acie uictus est. Cicero in castris remansit, uir nihil minus quam ad bella natus. omnibusque aduersarum partium, qui se potestati uictoris permiserant, Caesar ignouit.

EX LIB. CXII
QVI EST CIVILIS BELLI QVARTVS.

Trepidatio uictarum partium in diuersas orbis terrarum partes et fuga refertur. Cn. Pompeius cum Aegyptum petisset, iussu Ptolemaei regis, pupilli sui, auctore Theodoto praeceptore, cuius magna aput regem auctoritas erat, et Pothino occisus est ab Achilla, cui id facinus erat dele-

5 q *ςr* ‖ Caelius *Sigonius:* caecilius *Nςr* ‖ quam maxime concitaret *r* ‖ 6 plebs *Ngr* ‖ abrogata *r* ‖ 8 moliretur *Nς* ‖ 9 interieoti *N*, interempti *r* ‖ aegypti regina *ςr* ‖ 10 Cassi *Xylander:* cati *Nς*, capti *g*, catuli *ςr* ‖ 13 Brundusium *r* ‖ 14 liberatis *Ng* ‖ 15 thesaliam *Ng* ‖ 16 uir *bis N* ‖ 18 permiserunt *r* ‖ 21 trepidantia *Nς* ‖ uictorum *N* ‖ per *r* ‖ 22 referuntur *ςr* ‖ 23 sui *om ςr* ‖ et auctore *r* ‖ theodoro *Nςr* ‖ 24 magna *om r* ‖ maxima erat auctoritas *r* ‖ 25 photino *ςr* ‖ archelao *Nςr* ‖ delegatum id facinus erat *r* ‖

gatum, in nauicula ante quam in terram exiret. Cornelia uxor et Sex. Pompeius filius Cypron refugerunt. Caesar post tertium diem insecutus, cum ei Theodotus caput Pompei et anulum obtulisset, infensus est et inlacrimauit. * sine periculo Alexandriam tumultuantem intrauit. Caesar dictator creatus Cleopatram in regnum Aegypti reduxit et inferentem bellum Ptolemaeum isdem auctoribus, quibus Pompeium interfecerat, cum magno suo discrimine uicit. Ptolemaeus dum fugit, in Nilo nauicula subsedit. praeterea laboriosum M. Catonis in Africa per deserta cum legionibus iter et bellum a Cn. Domitio aduersus Phraaten parum prospere gestum continet.

EX LIB. CXIII
QVI EST BELLI CIVILIS QVINTVS.

Confirmatis in Africa Pompeianis partibus imperium earum P. Scipioni delatum est, Catone, cui ex aequo deferebatur imperium, cedente. et cum de diruenda urbe Vtica propter fauorem ciuitatis eius in Caesarem deliberaretur, idque ne fieret M. Cato tenuisset, Iuba suadente ut dirueretur, tutela eius et custodia mandata est Catoni. Cn. Pompeius Magni filius in Hispania contractis uiribus, quarum ducatum nec Afranius nec Petreius excipere uolebant, bellum aduersus Caesarem renouauit. Pharnaces Mithridatis filius, rex Ponti, sine ulla belli mora uictus est. cum seditiones Romae a P. Dolabella tr. pl. legem ferente de nouis tabulis excitatae essent et ex ea causa plebs tumultuaretur, inductis a M. Antonio magistro equitum in urbem militibus octingenti e plebe caesi sunt. Caesar ueteranis

2 pompei *Nς* ‖ in Cyprum *r* ‖ 3 theodorus *ςr* ‖ 4 et infensus *r* ‖ offensus *Gronouius* ‖ 6 nec sine *Gronouius* ‖ 7 iisdem auctoribus Ptolemaeum *r* ‖ 8 maximo *r* ‖ 11 a *om N* ‖ contra *r* ‖ prahaten *N*, phrahartem *r* ‖ 15 earum imperium *r* ‖ 16 catoni *N* ‖ 20 in pompei *Nς*, Pompeii *r* ‖ 21 filium *N* ‖ 22 africanus *N* ‖ 24 rex Ponti *Moguntina:* ex ponto *Nςr* ‖ 28 octingenti e plebe *Frobenius:* octingentis a plebe *Nςr* ‖

cum seditione missionem postulantibus dedit, et cum in Africam traiecisset, contra copias Iubae regis cum discrimine magno pugnauit.

EX LIB. CXIIII
QVI EST BELLI CIVILIS SEXTVS.

Bellum in Syria Caecilius Bassus eques Romanus Pompeianorum partium excitauit, relicto a legione Sexto Caesare, quae ad Bassum transierat, occisoque eo. Caesar Scipionem praetorem Iubamque uicit ad Thapsum, castris eorum expugnatis. Cato audita re cum se percussisset Vticae et interueniente filio curaretur, inter ipsam curationem rescisso uulnere expirauit anno aetatis XLVIII. Petreius Iubam seque interfecit. P. Scipio in naue circumuentus honestae morti uocem * adiecit. quaerentibus enim imperatorem hostibus dixit ‘imperator se bene habet’. Faustus et Afranius occisi. Catonis filio uenia data. Brutus legatus Caesaris in Gallia Bellouacos rebellantes proelio uicit.

EX LIB. CXV
QVI EST CIVILIS BELLI SEPTIMVS.

Caesar quattuor triumphos duxit, ex Gallia, ex Aegypto, ex Ponto et Africa, epulum et omnis generis spectacula dedit. M. Marcello consulari senatu rogante reditum concessit. quo beneficio eius Marcellus frui non potuit, a Cn. Magio cliente suo Athenis occisus. recensum egit, quo censa sunt ciuium capita CL. profectusque in Hispaniam aduersus Cn. Pompeium, multis utrimque expeditionibus

2 contra *r* ‖ 3 maximo *r* ‖ 9 proconsulem *Gronouius* ‖ Afranium Iubamque *r* ‖ tapsum *ςr* ‖ 11 reciso *r* ‖ 12 quadragesimo nono *r* ‖ 13 interemit *r* ‖ 14 uocem quoque *ςr*. *fortasse* uocem honestam ‖ 15 hostibus imperatorem *r* ‖ bene se *r* ‖ Fastus *r* ‖ 16 filia *N* ‖ 17 proelio *om r* ‖ 23 edidit *r* ‖ concessit reditum *r* ‖ 23 quo *Gronouius:* qui *Nςr* ‖ Marcellus beneficio eius *r* ‖ minime *r* ‖ 24 magno *Nς* ‖ Cillone cliente *r* ‖ et censum *r* ‖ 25 que *om r* ‖ Hispania *r* ‖ 26 aduersus *om r* ‖ utrimque multis *r* ‖

factis et aliquod urbibus expugnatis summam uictoriam cum magno discrimine ad Mundam urbem consecutus est. Pompeius Sex. effugit.

EX LIB. CXVI
QVI EST CIVILIS BELLI OCTAVVS.

Caesar ex Hispania quintum triumphum egit. et cum plurimi maximique honores a senatu decreti essent, inter quos, ut parens patriae appellaretur et sacrosanctus ac dictator in perpetuum esset, inuidiae aduersus eum causam praestitere, et quod senatui deferenti hos honores, cum ante aedem Veneris Genetricis sederet, non adsurrexit, et quod a M. Antonio consule collega suo inter lupercos currente diadema capiti suo inpositum in sella reposuit, et quod Epidio Marullo et Caesetio Flauo tribunis plebis inuidiam ei tamquam regnum adfectanti * potestas abrogata est. ex his causis conspiratione in eum facta, cuius capita fuerunt M. Brutus et C. Cassius et ex Caesaris partibus Dec. Brutus et C. Trebonius, in Pompei curia occisus est XXIII uulneribus, occupatumque ab interfectoribus eius Capitolium. obliuione deinde caedis eius a senatu decreta, obsidibus Antoni et Lepidi liberis acceptis coniurati a Capitolio descenderunt. testamento Caesaris heres ex parte dimidia institutus C. Octauius sororis nepos et in nomen adoptatus est. Caesaris corpus cum in campum Martium ferretur, a plebe ante rostra crematum est. dictaturae honos in perpetuum sublatus est. † Chamates humillimae sortis homo, qui se C. Mari filium ferebat, cum apud credulam plebem seditiones moueret, necatus est.

2 maximo *r* ‖ 3 pompeius ex *N*. *puto quaedam de morte Cn. Pompei excidisse.* ‖ 6 in hispania *Nς* ‖ multi quam maximique *r* ‖ 7 ei a *r* ‖ 8 pater *ςr* ‖ 9 causam aduersus eum *r* ‖ praestiterunt *ςr* ‖ 10 et *addidi: om Nςr* ‖ deferente *r* ‖ 11 minime *r* ‖ a *add Gryphius: om Nςr* ‖ 12 collegae *Nς* ‖ 14 Marulo et Ceseccio *r* ‖ et *Nςr* ‖ 15 monentibus potestas *r* ‖ 17 et C. Trebonius et Cassius et *r* ‖ c. *om Nςr* ‖ 18 et m. trebonius *Nς*, *om r* ‖ curia Pompeii *r* ‖ 21 de liberis *Nς* ‖ 22 institus *N* ‖ 23 ex sorore *r* ‖ 25 chamaces *ςr*. C. Amatius *Sigonius* ‖ 26 c. *om N* ‖

EX LIB. CXVII.

C. Octauius Romam ex Epiro uenit — eo enim illum Caesar praemiserat bellum in Macedonia gesturus — * ominibusque prosperis exceptus * et nomen Caesaris sumpsit. in confusione rerum ac tumultu M. Lepidus pontificatum maximum intercepit. et M. Antonius cos. cum inpotenter dominaretur legemque de permutatione prouinciarum per uim tulisset et Caesarem quoque petentem ut sibi aduersus percussores auunculi adesset magnis iniuriis adfecisset, Caesar et sibi et rei publicae uires aduersus eum paraturus deductos in colonias ueteranos excitauit. legiones quoque quarta et Martia signa ab Antonio ad Caesarem tulerunt, deinde et conplures saeuitia M. Antoni, passim in castris suis trucidantis qui ei suspecti erant, ad Caesarem desciuerunt. Dec. Brutus ut petenti Cisalpinam Galliam Antonio obsisteret, Mutinam cum exercitu occupauit. praeterea discursus utriusque partis uirorum ad accipiendas prouincias apparatusque belli continet.

EX LIB. CXVIII.

M. Brutus in Graecia sub praetextu rei publicae et suscepti contra M. Antonium belli exercitum cui P. Vatinius praeerat cum prouincia in potestatem suam redegit. C. Caesari, qui priuatus rei publicae arma sumpserat, propraetoris imperium a senatu datum est cum consularibus ornamentis, adiectumque ut senator esset. M. Antonius Dec.

2 O. *r* ‖ 3 omnibusque *Nς* ‖ 4 prospere exceptis *ςr* ‖ etiam *r* ‖ 5 tumultuum lepidum *N* ‖ lepidum pontificem tum maximum interfecit (interemit *r*) *Nςr*. *corr Sigonius* ‖ 6 sed *r* ‖ 7 prouinciarum permutatione tulisset per uim *r* ‖ 9 auunculi percussores *r* ‖ 10 ut sibi *r* ‖ contra *r* ‖ 11 deductus in colonia *N* ‖ 13 deinde plures *r* ‖ 14 trucidantis qui *Gronouius:* trucidati quia *Nςr* ‖ ei *scripsi:* et *Nςr* ‖ 15 et ad *ςr* ‖ 16 discursum *Nς* ‖ 20 B. *r* ‖ praetextato *N* ‖ 21 p. *om ςr* ‖ 23 priuatus *Gronouius:* primus *Nςr* ‖ propraetoris *Sigonius:* propr. *N*, pro po. ro. *ςr* ‖

Brutum Mutinae obsedit, missique ad eum a senatu legati de pace parum ad conponendam eam ualuerunt. populus Romanus saga sumpsit. M. Brutus in Epiro C. Antonium praetorem cum exercitu potestati suae subiecit.

EX LIB. CXVIIII.

C. Trebonius in Asia fraude P. Dolabellae occisus est. ob id facinus Dolabella hostis a senatu iudicatus est. cum Pansa cos. male aduersus Antonium pugnasset, A. Hirtius cos. cum exercitu superueniens fusis M. Antoni copiis fortunam utriusque partis aequauit. uictus deinde ab Hirtio et Caesare Antonius in Galliam confugit et M. Lepidum cum legionibus quae sub eo erant sibi iunxit, hostisque a senatu cum omnibus, qui intra praesidia eius essent, iudicatus est. A. Hirtius, qui post uictoriam in ipsis hostium castris ceciderat, et C. Pansa ex uulnere, quod in aduerso proelio exceperat, defunctus in campo Martio sepulti sunt. aduersus C. Caesarem, qui solus ex tribus ducibus supererat, parum gratus senatus fuit, qui Dec. Bruto obsidione Mutinensi a Caesare liberato triumphi honore decreto Caesaris militumque eius mentionem non satis gratam habuit. ob quae C. Caesar reconciliata per M. Lepidum cum M. Antonio gratia Romam cum exercitu uenit et perculsis aduentu eius eis qui in eum iniqui erant, cum annos XVIIII haberet, consul creatus est.

EX LIB. CXX.

C. Caesar cos. legem tulit de quaestione habenda in eos, quorum opera Caesar pater occisus esse postulatique ea lege

1 legati a senatu *r* ‖ 2 eam componendam *ςr* ‖ 4 subegit *ςr* ‖ 6 T. *r* ‖ dolobellae *ςr* ‖ 7 hostis *om r* ‖ inimicus iudicatus *r* ‖ 9 fortuna *Ng* ‖ 12 ipso *ςr* ‖ 13 erant *ςr* ‖ aur. *Ng* ‖ 14 ipsius in inimicorum *r* ‖ 15 C. *Sigonius:* l. *Nςr* ‖ e *r* ‖ 17 e *r* ‖ 19 honore triumphi *r* ‖ 22 perculsis *Moguntina:* praeclusis *Nςr* ‖ 23 XVIII *r* ‖ 26 I *r* ‖ 27 Caesar *om ςr* ‖ esset *r:* est *Nς* ‖

M. Brutus C. Cassius Dec. Brutus absentes damnati sunt. cum M. Antonio uires Asinius quoque Pollio et Munatius Plancus cum exercitibus suis adiuncti ampliassent, Dec. Brutus, cui senatus ut persequeretur Antonium mandauerat, relictus a legionibus suis profugisset [et caesus] iussu Antoni, in cuius potestatem uenerat, a Capeno Sequano interfectus est. C. Caesar pacem cum Antonio et Lepido fecit ita ut III uiri rei publicae constituendae per quinquennium essent ipse et Lepidus et Antonius, et ut suos quisque inimicos proscriberent. in qua proscriptione plurimi equites Romani, CXXX senatorum nomina fuerunt, et inter eos L. Pauli fratris M. Lepidi, et L. Caesaris Antoni auunculi, et M. Ciceronis. huius occisi a Popillio legionario milite, cum haberet annos LXIII, caput quoque cum dextra manu in rostris positum est. praeterea res a M. Bruto in Graecia gestas continet.

EX LIB. CXXI

QVI EDITVS POST EXCESSVM AVGVSTI DICITVR.

C. Cassius, cui mandatum a senatu erat ut Dolabellam hostem iudicatum bello persequeretur, auctoritate rei publicae adiutus Syriam cum tribus exercitibus qui in eadem prouincia erant in potestatem suam redegit, Dolabellam in urbe Laudicia obsessum mori coegit. M. quoque Bruti iussu C. Antonius captus occisus est.

2 antonius *N*ς ‖ 3 et D. *r* ‖ 4 mandauisset *r* ‖ 5 cum profugisset ς ‖ et caesus *om* ς*r* ‖ 6 caesus a ς ‖ 7 interemptus *r* ‖ 8 quidem per *r* ‖ 9 praeessent *r* ‖ ipse Lepidus *r* ‖ Antonius statuerunt ut *r* ‖ 11 romani *om* ς*r* ‖ fuerant *r* ‖ 13 et *om r* ‖ cuius *r* ‖ popilio ς*r* ‖ 15 manu dextra *r* ‖ 18 *inscriptionem om* ς*r* ‖ 21 inimicum *r* ‖ 24 laodicia ς*r* ‖

EX LIB. CXXII.

M. Brutus aduersus Thracas parum prospere rem gessit, omnibusque transmarinis prouinciis exercitibusque in potestatem eius et C. Cassi redactis coierunt Smyrnae uterque ad ordinanda belli futuri consilia. M. Messalae Publicolam fratrem uinctum communi consilio condonauerunt.

EX LIB. CXXIII.

Sex. Pompeius Magni filius collectis ex Epiro proscriptis ac fugitiuis cum exercitu diu sine ulla loci cuiusquam possessione praedatus in mari Messanam oppidum in Sicilia primum, deinde totam prouinciam occupauit occisoque Pompeio Bithynico praetore Q. Saluidienum legatum Caesaris nauali proelio uicit. Caesar et Antonius cum exercitibus in Graeciam traiecerunt bellum aduersus Brutum et Cassium gesturi. Q. Cornificius in Africa T. Sextium Cassianarum partium ducem proelio uicit.

EX LIB. CXXIIII.

C. Caesar et Antonius apud Philippos uario euentu aduersus Brutum et Cassium pugnauerunt ita ut dextra utriusque cornua uincerent et castra quoque utrimque ab eis qui uicerant expugnarentur. sed inaequalem fortunam partium mors Cassi fecit, qui cum in eo cornu fuisset quod pulsum erat, totum exercitum fusum ratus mortem consciuit. altera dein die uictus M. Brutus et ipse uitam finiit exorato Stratone fugae comite ut sibi gladium adigeret. annorum erat .. circiter XL, inter quos Q. Hortensius occisus est.

2 parum *del Xylander* ‖ 3 onibusque *N* ‖ 4 eus *N* ‖ myrnae *N* ‖ 6 uictum ς, iunctum *r* ‖ 8 Rex. *r* ‖ lectis ς*r* ‖ 12 a Pompeio A. *r* ‖ qui *N*ς, *om r* ‖ saluidenum *N*ς, Saluidemum *r* ‖ 14 contra *r* ‖ 15 Sestium *r* ‖ Q. Cornificium — T. Sextius *Xylander* ‖ 18 I. *r* ‖ contra *r* ‖ 19 utriusque dextra *r* ‖ 20 uicerint *r* ‖ 22 mors quidem *r* ‖ 23 sibi consciuit ς*r* ‖ 24 altero ς*r* ‖ dein die *scripsi:* deinde *N*ς, deinde proelio *r* ‖ 25 adigeret *Gruterus:* adiceret *N*, adiiceret ς*r* ‖ 26 circiter aetatis ς*r* ‖

EX LIB. CXXV.

Caesar relicto trans mare Antonio — prouinciae ea parte imperii positae ei cesserant — reuersus in Italiam ueteranis agros diuisit. seditiones exercitus sui, quas corrupti a Fuluia M. Antoni uxore milites aduersus imperatorem suum concitauerant, cum graui periculo inhibuit. L. Antonius cos., M. Antoni frater, eadem Fuluia consiliante bellum Caesari intulit. receptis in partes suas populis, quorum agri ueteranis adsignati erant, et M. Lepido, qui custodiae urbis cum exeritu praeerat, fuso hostiliter in urbem inrupit.

EX LIB. CXXVI.

Caesar cum esset annorum XXIII, obsessum in oppido Perusia L. Antonium conatumque aliquotiens erumpere et repulsum fame coegit in deditionem uenire ipsique et omnibus militibus eius ignouit, Perusiam diruit, redactisque in potestatem suam omnibus diuersae partis exercitibus bellum citra ullum sanguinem confecit.

EX LIB. CXXVII.

Parthi Labieno, qui Pompeianarum partium fuerat, duce in Syriam inruperunt uictoque Decidio Saxa, M. Antoni legato, totam eam prouinciam occupauerunt. M. Antonius cum ad bellum aduersus Caesarem gerendum incitaretur ab uxore Fuluia .. ne concordiae ducum obstaret, pace facta cum Caesare sororem eius Octauiam in matrimonium duxit. Q. Saluidienum consilia nefaria aduersus Caesarem molitum indicio suo protraxit, isque damnatus mortem consciuit. P. Ventidius, Antoni legatus, Parthos proelio

2 I. Caesar relicto Antonio transmarinae prouinciae *r* ‖ ea *scripsi:* ex *N* *ςr* ‖ 3 ei cesserant *scripsi:* recesserat *Nς* ‖ imperium ei cessit *r* ‖ 4 corrupti *Ascensius:* correpti *Nςr* ‖ 5 contra *r* ‖ 6 grandi *r* ‖ 7 consulente *ςr* ‖ 10 praeerant *N* ‖ sciso *r* ‖ 12 C. Caesar *r* ‖ XXIIII *ςr* ‖ obsessus *Ng* ‖ Prusia *r* ‖ 14 omnibus quidem *r* ‖ 15 Prusiam *r* ‖ 20 Deidio *r* ‖ 21 uniuersam *r* ‖ 22 contra *r* ‖ incitaretur *om ς* ‖ ab *add Gronouius: om N ςr* ‖ 23 fuluia dimissa ne *ςr* ‖ concordia *N* ‖ 25 sauidienum *N*, Saluidemum *r* ‖ contra *r* ‖ caesar *N* ‖ 26 iudicio suo protexit *r* ‖ 27 sibi consciuit *r* ‖

uictos Syria expulit Labieno eorum duce occiso. cum uicinus Italiae hostis Sex. Pompeius Siciliam teneret et commercium annonae inpediret, expostulatam cum eo pacem Caesar et Antonius fecerunt ita ut Siciliam prouinciam haberet. praeterea motus Africae et bella ibi gesta continet.

EX LIB. CXXVIII.

Cum Sex. Pompeius rursus latrociniis mare infestum redderet nec pacem quam acceperat praestaret, Caesar necessario aduersus eum bello suscepto duobus naualibus proeliis cum dubio euentu pugnauit. P. Ventidius, legatus M. Antoni, Parthos in Syria proelio uicit regemque eorum occidit. Iudaei quoque a legatis Antoni subacti sunt. praeterea belli apparatum continet.

EX LIB. CXXVIIII.

Aduersus Sex. Pompeium uario euentu naualibus proeliis pugnatum est ita ut ex duabus Caesaris classibus altera, cui Agrippa praeerat, uinceret, altera, quam Caesar duxerat, deleta expositi in terram milites in magno periculo essent. uictus deinde Pompeius in Siciliam profugit. M. Lepidus, qui ex Africa uelut ad societatem belli contra Sex. Pompeium a Caesare gerendi traiecerat, cum bellum Caesari quoque inferret, relictus ab exercitu, abrogato triumuiratus honore uitam impetrauit. M. Agrippa nauali corona a Caesare donatus est, qui honos nulli ante eum habitus erat.

EX LIB. CXXX.

M. Antonius dum cum Cleopatra luxuriatur, tarde Mediam

3 annonae commeatum *r* ‖ expostulatam cum eo *scripsi:* eo postulatam cum *Nς*, cum eo postulatam *r* ‖ 4 quidem fecerunt *r* ‖ 5 ibi *ς:* in *N*, in ea *g*, *om r* ‖ 7 rursum *r* ‖ 9 bello contra eum *r* ‖ 10 cum *om r* ‖ P. *Sigonius:* l. *Nςr* ‖ 11 proelio *om r* ‖ interemit *r* ‖ 12 interempti *r* ‖ 15 sex. *om N* ‖ certaminibus *r* ‖ 16 ut duarum Caesaris classium *r* ‖ 18 milites *om N* ‖ cum in *ςr* ‖ quam maximo *r* ‖ 21 a *om N* ‖ cum ei *r* ‖ caesarque *Nς*, Caesar quoque *r* ‖ 22 relictus ab *Frobenius:* relicto *Nςr* ‖ 24 nemini *r* ‖ 26 dum — tarde *post* erat *p.* 105, 24 *Ng* ‖ luxuriaretur *ςr* ‖ tarde *om ςr* ‖ Mediam prouinciam *r* ‖

ingressus bellum cum legionibus xvii et $\overline{\text{xvi}}$ equitum Parthis intulit, et cum duabus legionibus amissis, nulla re prospere cedente retro rediret, insecutis subinde Parthis et ingenti trepidatione et magno totius exercitus periculo in Armeniam reuersus est, xxi diebus ccc milia fuga emensus. circa $\overline{\text{viii}}$ hominum tempestatibus amisit. tempestates quoque infestas super tam infeliciter susceptum Parthicum bellum culpa sua passus est, quia hiemare in Armenia nolebat, dum ad Cleopatram festinat.

EX LIB. CXXXI.

Sex. Pompeius cum in fidem M. Antoni ueniret, bellum aduersus eum in Asia moliens obpressus a legatis eius occisus est. Caesar seditionem ueteranorum cum magna pernicie motam inhibuit, Iapydas et Dalmatas et Pannonios subegit. Antonius Artauasden Armeniae regem fide data perductum in uincula conici iussit, regnumque Armeniae filio suo ex Cleopatra nato dedit, quam uxoris loco iam pridem captus amore eius habere coeperat.

EX LIB. CXXXII.

Caesar in Illyrico Dalmatas domuit. cum M. Antonius ob amorem Cleopatrae, ex qua duos filios habebat, Philadelphum et Alexandrum, neque in urbem uenire uellet neque finito triumuiratus tempore imperium deponere bellumque moliretur, quod urbi et Italiae inferret, ingentibus tam naualibus quam terrestribus copiis ob hoc contractis remissoque Octauiae sorori Caesaris repudio, Caesar in Epirum cum exercitu traiecit. pugnae deinde nauales et proelia equestria secunda Caesaris referuntur.

EX LIB. CXXXIII.

M. Antonius ad Actium classe uictus Alexandriam profu-

1 insecutus *r* ‖ 5 die *r* ‖ 11 Rex *r* ‖ 12 moliens a legatis eius oppressus est *r* ‖ 14 iapygas *N*, iapigas *ςr* ‖ et *om* *r* ‖ 15 Artauasden *Frobenius:* artunden *Nς*, Artiniridem *r* ‖ 21 fidadelfum *N* ‖ 23 triumuiratus tempore *Gruterus:* eiusuiratus tempore *N*, eius tempore triumuiratus *ςr* ‖ 24 urbi Italiaeque *r* ‖ 27 naualis *N* ‖ 30 A. *r* ‖ accium *N* ‖

git, obsessusque a Caesare in ultima desperatione rerum, praecipue occisae Cleopatrae falso rumore inpulsus se ipse interfecit. Caesar Alexandria in potestatem redacta, Cleopatra ne in arbitrium uictoris ueniret uoluntaria morte defuncta, in urbem reuersus tres triumphos egit, unum ex Illyrico, alterum ex Actiaca uictoria, tertium de Cleopatra, inposito fine ciuilibus bellis altero et uicesimo anno. M. Lepidus Lepidi, qui triumuir fuerat, filius coniuratione aduersus Caesarem facta bellum moliens oppressus et occisus est.

EX LIB. CXXXIIII.

C. Caesar rebus conpositis et omnibus prouinciis in certam formam redactis .. Augustus quoque cognominatus est, et mensis Sextilis in honorem eius appellatus est. † cum ille conuentum Narbone egit, census a tribus Galliis, quas Caesar pater uicerat, actus. bellum aduersus Basternas et Moesos et alias gentes a M. Crasso * refertur.

EX LIB. CXXXV.

Bellum a M. Crasso aduersus Thracas et a Caesare aduersus Hispanos gestum refertur, et Salassi, gens Alpina, perdomiti.

EX LIB. CXXXVIII.

Raeti a Tiberio Nerone et Druso Caesaris priuignis domiti Agrippa Caesaris gener mortuus. a Druso census actus est.

EX LIB. CXXXVIIII.

Ciuitates Germaniae cis Rhenum et trans Rhenum positae oppugnantur a Druso, et tumultus qui ob censum exortus

1 rerum desperatione *ςr* ‖ 3 interemit *r* ‖ Caesaris *r* ‖ potestate *N* ‖ 5 occubuit *r* ‖ 6 ex *r* ‖ 7 et altero *Ng* ‖ tricesimo *r* ‖ 8 qui lepidi triumuiri fuerat *ςr* ‖ contra *r* ‖ 9 oppresset *N* ‖ 16 contra *r* ‖ Bastarnas *r* ‖ 20 gentes Alpinae *r* ‖ 23 recia *ςr*, grecia *ς* ‖ priuignis *Gronouius*: priuigno *Nςr* ‖ domita *ςr* ‖ 24 mortus *N* ‖

in Gallia erat conponitur. ara Caesari ad confluentem Araris et Rhodani dedicata, sacerdote creato C. Iulio Vercondaridubno Aeduo.

EX LIB. CXL.

Thraces domiti a L. Pisone, item Cherusci Tencteri Chauci aliaeque Germanorum trans Rhenum gentes subactae a Druso referuntur. Octauia soror Augusti defuncta, ante amisso filio Marcello, cuius monimenta sunt theatrum et porticus nomini eius dicata.

EX LIB. CXLI.

Bellum aduersus transrhenanas gentes a Druso gestum refertur. in quo inter primores pugnauerunt Chumstinctus et Auectius tribuni ex ciuitate Neruiorum. Dalmatas et Pannonios Nero frater Drusi subegit. pax cum Parthis facta est signis a rege eorum, quae sub Crasso et postea sub Antonio capta erant, redditis.

EX LIB. CXLII.

Bellum aduersus Germanorum trans Rhenum ciuitates gestum a Druso refertur. ipse ex fractura, equo super crus eius conlapso, tricesimo die quam id acciderat mortuus. corpus a Nerone fratre, qui nuntio ualetudinis euocatus raptim adcucurrerat, Romam peruectum et in tumulo C. Iuli reconditum. laudatus est a Caesare Augusto uitrico, et supremis eius plures honores dati.

1 compositus ς*r* ‖ ardi *N*ς ‖ 2 Araris *Ascensius:* maris *N*ς*r* ‖ sacerdoteque *r* ‖ 3 uercondari dubio ς*r* ‖ Heduo *r* ‖ 5 caepione *N*ς ‖ cherusti *N* ‖ Tencteri *Gronouius:* cenchrei *N*ς*r* ‖ 6 tras *N* ‖ 9 nominis *N*ς ‖ eius nomini *r* ‖ nomine eius dedicata *Sigonius* ‖ 11 contra *r* ‖ 12 T. Senectius *r* ‖ 13 Anectius tribuni ciuitatis *r* ‖ 19 et *N* ‖ 20 mortus *N* ‖ mortuus est *r* ‖ 22 accurrerat ς*r* ‖ reuectum *r* ‖ C. Iulii tumulo *r* ‖ 23 conditum ς*r* ‖ est *om r* ‖ 24 illius funeribus *r* ‖ dedit ς*r* ‖ TITI LIVI· PERIOCHAE· OMNIVM· LIBRORVM· AB VRBE CONDITA EXPLICIT· LEGE FELICITER BONO TVO· *N* ‖

IVLII OBSEQVENTIS

AB ANNO VRBIS CONDITAE DV

PRODIGIORVM

LIBER.

L. Scipione C. Laelio coss. Iunonis Lucinae templum ful- 1
mine ictum ita ut fastigium ualuaeque deformarentur. in [55]
finitimis pleraque de caelo icta. Nursiae sereno nimbi orti et homines duo exanimati. Tusculi terra pluit. mula Reate peperit. supplicatio per decem pueros patrimos matrimos totidemque uirgines habita.

M. Messala C. Liuio coss. luce inter horam tertiam et 2
quartam tenebrae ortae. in Auentino lapidum pluuiae no- [56]
uendiali expiatae. in Hispania prospere militatum.

•• sacrum nouendiale factum, quod in Piceno lapidibus 3
pluit ignesque caelestes multifariam orti leui afflatu com-

1 *Liuius* XXXVII, 3 'Romae Iunonis Lucinae templum de caelo tactum erat ita ut fastigium ualuaeque deformarentur. Puteolis pluribus locis murus et portus fulmine icta et duo homines exanimati. Nursiae sereno satis constabat nimbum ortum, ibi quoque duos liberos homines exanimatos. terra apud se pluuisse Tusculani nuntiabant, et Reatini mulam in agro suo peperisse. ea procurata Latinaeque instauratae, quod Laurentibus carnis, quae dari debet, data non fuerat. supplicatio quoque earum religionum causa fuit quibus dis decemuiri ex libris ut fierent ediderunt. decem ingenui, decem uirgines, patrimi omnes matrimique ad id sacrificium adhibiti, et decemuiri nocte lactentibus rem diuinam fecerunt.' ‖ 3 tacta *Schefferus* ‖ 7 *Liuius* XXXVIII, 36 'supplicatio triduum pro collegio decemuirorum imperata fuit in omnibus compitis, quod luce inter horam tertiam fere et quartam tenebrae obortae fuerant, et nouendiale sacrificium indictum est, quod in Auentino lapidibus pluuisset.' ‖ 10 Sp. Postumio Albino Q. Marcio Philippo coss. *excidisse monuit Oudendorpius* ‖ *Liuius* XXXVIIII, 22 'nouendiale deinde sacrum tenuit, quod in Piceno per triduum lapidibus pluerat

plurium uestimenta adusserunt. aedes Iouis in Capitolio fulmine icta. in Vmbria semimas duodecim ferme annorum inuentus aruspicumque iussu necatus. Galli, qui Alpes transierunt in Italiam sine proelio, eiecti.

4 [59] M. Claudio Q. Fabio Labeone coss. in area Vulcani per biduum, in ara Concordiae todidem diebus sanguinem pluit. in Sicilia insula noua maritima. Hannibal in Bithynia ueneno periit. Celtiberi subacti.

5 [60] L. Aemilio Paulo Gn. Baebio Tamphilo coss. procellosa tempestas strage in urbe facta signa aenea in Capitolio deiecit, signa in circo maximo cum columnis euertit, fastigia templorum aliquot a culmine abrupta dissipauit. mulus tripes Reate natus. aedes Apollinis Caietae fulmine icta.

ignesque caelestes multifariam orti adussisse complurium leui adflatu uestimenta maxime dicebantur. addita et unum diem supplicatio est ex decreto pontificum, quod aedes Opis in Capitolio de caelo tacta erat. hostiis maioribus consules procurarunt urbemque lustrauerunt. sub idem tempus et ex Vmbria nuntiatum est semimarem duodecim fere annos natum inuentum. id prodigium abominantes arceri Romano agro necarique quam primum iusserunt.' ‖ 3 inuentus *Barthius ad Statii Thebaid.* IIII, 375: natus *a* (*Aldina anni* MDVIII) ‖ 5 *Liuius* XXXVIIII, 46 'hac religione leuata altera iniecta, quod sanguine per biduum pluuisset in area Vulcani, et per decemuiros supplicatio indicta erat eius prodigii expiandi causa.' 56 'supplicatio extremo anno fuit prodigiorum causa, quod sanguine per biduum pluuisse in ara Concordiae satis credebant, nuntiatumque erat haud procul Sicilia insulam, quae non ante fuerat, nouam editam e mari esse.' ‖ 7 mari nata *Scaliger*, mari enata *Oudendorpius*, mari edita *Schefferus* ‖ 9 *Liuius* XL, 2 'pridie Parilia medio ferme die atrox cum uento tempestas coorta multis sacris profanisque locis stragem fecit, signa aenea in Capitolio deiecit, forem ex aede Lunae quae in Auentino est raptam tulit et in posticis parietibus Cereris templi adfixit, signa alia in circo maximo cum columnis quibus superstabant euertit, fastigia aliquot templorum a culminibus abrupta foede dissipauit. itaque in prodigium uersa ea tempestas, procurarique haruspices iusserunt. simul procuratum est quod tripedem mulum Reate natum nuntiatum erat et a Formiis aedem Apollinis Caietae de caelo tactam. ob ea prodigia uiginti hostiis maioribus sacrificatum est et diem unum supplicatio fuit.' ‖ 10 tempestas strage *Oudendorpius:* tempestate strages *a* ‖ 13 icta *Sigonius:* ictae *a* ‖

.. in area Vulcani et Concordiae sanguinem pluit. hastae 6
Martis motae. Lanuuii simulacrum Iunonis Sospitae lacrimauit. pestilentiae Libitina non suffecit. ex Sibyllinis supplicatum, cum sex mensibus non pluisset. Ligures proelio uicti deletique.

Q. Fuluio L. Manlio coss. nimbis continuis in Capitolio 7
signa aliquot deiecta. fulmine Romae et circa plurima de- [61]
cussa. in lectisternio [Iouis] terrae motu deorum capita se conuerterunt; lana cum integumentis quae Ioui erant apposita decidit. de mensa oleas mures praeroserunt.

M. Iunio A. Manlio coss. incendio circa forum cum plu- 8
rima essent deusta, aedes Veneris sine ullo uestigio cre- [62]
mata. Vestae penetralis ignis extinctus. uirgo iussu M. Aemilii pontificis maximi flagro caesa negauit ulterius interiturum. supplicationibus habitis in Hispania et Histria bella prospere administrata.

C. Claudio ..

1 P. Cornelio Cethego M. Baebio Tamphilo coss. *excidisse monuit Hearnius* || *Liuius* XL, 19 'in area Vulcani et Concordiae sanguinem pluit, et pontifices hastas motas nuntiauere et Lanuuii simulacrum Iunonis Sospitae lacrimasse. pestilentia in agris forisque et conciliabulis et in urbe tanta erat, ut Libitina tunc uix sufficeret.' || 3 suffecit *Iuntina:* sufficit *a* || *Liuius* XL, 29 'sex menses numquam pluuisse memoriae proditum.' || 6 L. *Hearnius:* C. *a* || *Liuius* XL, 45 'eadem tempestas et in Capitolio aliquot signa constrauit fulminibusque complura loca deformauit, aedem Iouis Tarracinae, aedem Albam Capuae portamque Romanam; muri pinnae aliquot locis decussae erant. haec inter prodigia nuntiatum et ab Reate tripedem natum mulum.' || 8 *Liuius* XL, 59 'terra mouit. in foris publicis, ubi lectisternium erat, deorum capita quae in lectis erant auerterunt se, lanaque cum integumentis, quae Ioui opposita fuit, decidit. de mensa oleas quoque praegustasse mures in prodigium uersum est. ad ea expianda nihil ultra quam ut ludi instaurarentur actum est.' || lectisternio in foris *Oudendorpius* || 9 laena *Schefferus*, lanx *Cuperus* || erat *Nannius miscell.* VII, 16 || 11 A. *Hearnius:* Gn. *a* || 14 interiturum *Schefferus:* interitorum *a* || 17 *exciderunt prodigia quae C. Claudio Pulchro Ti. Sempronio Graccho coss. nuntiata esse narrat Liuius* XLI, 13 'in Crustumino auem sangualem, quam uocant, sacrum lapidem rostro cecidisse, bouem in Campania locutam, uaccam aeneam Syracusis ab agresti tauro, qui pecore aberasset, initam ac semine adspersam.' ||

9 [64] * Q. Petillio coss. cum immolassent uictimas consules, iecur extabuit. Cornelius ex monte Albano rediens membris captus ad aquas Cumanas mortuus. Petillius contra Ligures dimicans occisus est.

10 [65] M. Lepido Q. Mucio coss. graui pestilentia hominum boumque cadauera non sufficiente Libitina cum iacerent, uulturius non apparuit. Celtiberi deleti.

11 [70] Q. Aelio Paeto M. Iunio coss. Romae aliquot loca sacra profanaque de caelo tacta. Anagniae terra pluit. Lanuuii fax ardens in caelo uisa. Calatiae in agro publico per tri-

1 Cn. Cornelio Scipione *excidisse monuit Oudendorpius* ‖ Q. Petillio *Schefferus:* Lucio Petellio *a* ‖ 2 *Liuius* XLI, 14 'Cn. Cornelio et Q. Petillio consulibus, quo die magistratum inierunt, immolantibus Ioui singulis bubus, uti solet, in ea hostia, qua Q. Petillius sacrificauit, in iocinere caput non inuentum. id cum ad senatum rettulisset, boue perlitare iussus.' 15 'Cn. Cornelius euocatus a uiatore cum templo egressus esset, paulo post rediit confuso uultu et exposuit patribus conscriptis bouis sescenaris, quem immolauisset, iecur diffluxisse, id se uictimario nuntianti parum credentem ipsum aquam effundi ex olla, ubi exta coquerentur, iussisse et uidisse ceteram integram partem extorum, iecur omne inenarrabili tabe absumptum. territis eo prodigio patribus et alter consulum curam adiecit, qui se, quod caput iocineri defuisset, tribus bubus perlitasse negauit. senatus maioribus hostiis usque ad litationem sacrificari iussit. ceteris dis perlitatum ferunt, Saluti Petillium perlitasse negant.' ‖ 2 *Liuius* XLI, 16 'accesserat ad religionem quod Cn. Cornelius consul ex monte Albano rediens concidit et parte membrorum captus ad aquas Cumanas profectus ingrauescente morbo Cumis decessit.' ‖ 4 *Liuius* XLI, 18 'consul equo aduectus suos quidem a fuga reuocauit, ipse dum incautius ante signa obuersatur, missili traiectus cecidit.' ‖ 5 P. Mucio *Sigonius* ‖ *Liuius* XLI, 21 'pestilentia, quae priore anno in boues ingruerat, eo uerterat in hominum morbos. — seruitia maxime moriebantur, eorum strages per omnes uias insepultorum erat; ne liberorum quidem funeribus Libitina sufficiebat. cadauera intacta a canibus ac uulturibus tabes absumebat, satisque constabat nec illo nec priore anno in tanta strage boum hominumque uulturium usquam uisum.' ‖ 7 uulturius *Schefferus:* ulterius *a* ‖ 8 Aelio *Hearnius:* Aemylio *a* ‖ Iunio *Hearnius*: Iulio *a* ‖ *Liuius* XLV, 16 'aedes deum Penatium in Velia de caelo tacta erat et in oppido Mineruio duae portae et muri aliquantum. Anagniae terra pluerat, et Lanuuii fax in caelo uisa erat, et Calatiae in publico agro M. Valerius ciuis Romanus nuntiabat ex foco suo sanguinem per triduum et duas noctes manasse.' ‖ 9 de *add Schefferus: om a* ‖ Lanuuii *Perizonius anim. hist.* 8 *p.* 324*:* Lauini *a* ‖

duum et duas noctes sanguis manauit. rex Illyrici Gentius et Macedoniae Perses deuicti.

12 [71] M. Marcello C. Sulpicio coss. in Campania multis locis terra pluit. in Praenestino cruenti ceciderunt imbres. Veienti lana ex arboribus nata. Tarracinae in aede Mineruae mulieres tres, quae operatae sedebant, fulmine exanimatae. ad lucum Libitinae in statua equestri aenea ex ore et pede aqua manauit interdiu. Galli Ligures deleti. comitia cum ambitiosissime fierent et ob hoc senatus in Capitolio haberetur, miluus uolans mustelam raptam de cella Iouis in medio consessu patrum misit. sub idem tempus aedes Salutis de caelo tacta. in colle Quirinali sanguis terra manauit. Lanuuii fax in caelo nocte conspecta. fulmine pleraque discussa Casini et sol per aliquot horas noctis uisus. Teani Sidicini puer cum quattuor manibus et totidem pedibus natus. urbe lustrata pax domi forisque fuit.

13 [72] Cn. Octauio T. Manlio coss. pestilentia fameque ita laboratum ut ex Sibyllinis populus circa compita sacellaque operatus sederit. in aede Penatium ualuae nocte sua sponte adapertae, et lupi Esquiliis et in colle Quirinali meridie apparuerunt exagitatique fuerunt. urbe lustrata nihil triste accidit.

14 [73] Ti. Graccho M'. Iuuentio coss. Capuae nocte sol uisus. in agro Stellati fulgure ueruecum de grege pars exanimata. Tarracinae pueri trigemini nati. Formiis duo soles interdiu uisi. caelum arsit. † Concii homo ex speculo acie orta combustus. Gabiis lacte pluit. fulmine pleraque decussa in Palatio. in templum Victoriae cygnus inlapsus per manus capientium effugit. Priuerni puella sine manu nata.

3 C. *Oudendorpius:* P. *a* ‖ 5 Tarracinae *Iuntina:* Terracinae *a* ‖ 7 lucum *Schefferus:* locum *a* ‖ 8 interdiu *Mommsenius:* diu *a* ‖ Galli et Ligures *Dukerus ad Liui per.* XLVI ‖ 12 sanguine *Stephanus* ‖ 14 decussa *Schefferus* ‖ 16 lustrata *Stephanus:* strata *a* ‖ 19 operatus *Schefferus:* operaturus *a* ‖ 23 Ti. *scripsi:* T. *a* ‖ M'. *Hearnius:* M. *a* ‖ 25 pueri tres gemina natura nati *Oudendorpius*, pueri trimani nati *Wopkensius* ‖ 26 Antii *Heinsius* ‖

in Cephallenia tuba in caelo cantare uisa. terra pluit. procellosa tempestate tecta diruta stragesque agrorum facta. crebro fulminauit. nocte species solis Pisauri adfulsit. Caere porcus humanis manibus et pedibus natus, et pueri quadrupedes et quadrumanes nati. ad forum Esii bouem flamma ex ipsius ore nata non laesit.

15 [74] P. Scipione Nasica C. Marcio coss. Anagniae caelum nocte arsit. fulmine pleraque decussa. Frusinone bos locutus. Reate mulus tripes natus. Cn. Octauius legatus in Syria per Lysiam tutorem Antiochi pueri in gymnasio occisus.

16 [75] L. Lentulo C. Marcio coss. procellosa tempestate in Capitolio aedes Iouis et circa quassata. pontificis maximi tectum cum columnis in Tiberim deiectum. in circo Flaminio porticus inter aedem Iunonis Reginae et Fortunae tacta, et circa aedificia pleraque dissipata. taurus ad immolationem cum duceretur ob haec, ipse corruit. Dalmatae Scordisci superati.

17 [76] Q. Opimio L. Postumio coss. in prouinciam proficiscens Postumius consul cum immolaret, in plurimis uictimis caput in iocinere non inuenit; profectusque post diem septimum aeger Romam relatus expirauit. Compsae arma in caelo uolare uisa. fulmine pleraque decussa. a Gallis et a Lusitanis Romani per arma grauiter uexati.

18 [77] M. Claudio Marcello L. Valerio Flacco coss. turbinis ui in campo columna ante aedem Iouis decussa cum signo aurato; cumque aruspices respondissent magistratuum et sacerdotum interitum fore, omnes magistratu se protinus

1 tuba *Perizonius anim. hist.* 8 *p.* 325*:* turba *a* ‖ 5 fluuium Aesin *Oudendorpius* ‖ 7 C. *Oudendorpius:* Gn. *a* ‖ 12 pontificis *Mommsenius in actis societatis regiae Saxonicae a.* 1850, *cl. phil. p.* 324*:* pontis *a* ‖ 16 ipse *Schefferus:* ipsa *a* ‖ Scordisci *Schefferus:* Scordis *a* ‖ 18 Q. Opimio L. *scripsi:* L. Opimio Q. *a* ‖ 21 Compsae *Cuperus:* Consae *a* ‖ 22 sonare *Heinsius* ‖ 24 in Capitolio *Pighius* ‖ 27 magistratu *Stephanus:* magistratus *a* ‖

abdicauerunt. ** quod Ariciae lapidibus pluerat, ita supplicatio habita, quod Romae multis locis species togatorum uisae adpropinquantium oculos eludebant. in Lusitania uarie, in Gallia prospere pugnatum.

Spurio Postumio L. Pisone coss. uasto incendio Romae 19
cum regia quoque ureretur, sacrarium et ex duabus altera [78]
laurus ex mediis ignibus inuiolata extiterunt. Pseudophilippus deuictus.

P. Africano C. Liuio coss. Amiterni puer tribus pedibus, 20
una manu natus. Romae et circa fulmine pleraque icta. [79]
Caere sanguinis riui terra fluxerunt et nocte caelum ac terra ardere uisum. Frusinone aurum sacrum mures adroserunt. Lanuuii inter horam tertiam et quintam duo discolores circuli solem cinxerunt rubente alter, alter candida linea. stella arsit per dies triginta duos † et. cum Carthago obsideretur, in captiuos Romanorum per Hasdrubalem barbaro more saeuitum, mox Carthago per Aemilianum diruta.

Appio Claudio Q. Metello coss. [Amiterni puer tribus pe- 21
dibus natus. † Caurae sanguinis riui e terra fluxerunt.] [80]
cum a Salassis illata clades esset Romanis, decemuiri pronuntiauerunt se inuenisse in Sibyllinis, quoties bellum Gallis illaturi essent, sacrificari in eorum finibus oportere.

L. Metello Q. Fabio Maximo coss. fames et pestilentia 22
cum essent, per decemuiros supplicatum. Lunae androgy- [81]
nus natus praecepto aruspicum in mare deportatus. tanta

2 togatorum *Freinshemius:* togarum *a* ‖ 7 extiterunt *Schefferus:* est et erunt *a* ‖ 9 C. *Oudendorpius:* et *a* ‖ Liuio *Scaliger:* Laelio *a* ‖ 11 caelum Atellae ardere *Schefferus* ‖ 15 *num* Setiae*?* ‖ 19 Q. *Hearnius:* P. *a* ‖ 20 Corae *Heinsius*, Caere *Perizonius anim. hist.* 8 *p.* 324 ‖ 21 *Orosius* v, 4 'L. Caecilio Metello Q. Fabio Maximo Seruiliano coss. inter cetera prodigia androgynus Romae uisus iussu haruspicum in mare mersus est, sed nihil impiae expiatonis procuratio profecit. nam tanta subito pestilentia exorta est, ut ministri quoque faciendorum funerum primum non sufficerent, deinde non essent.' ‖

fuit Lunensibus pestilentia, ut iacentibus in publicum passim cadaueribus qui funerarent defuerint. in Macedonia exercitus Romanus proelio uexatus; aduersus Viriatum dubie dimicauit.

23 [82] Q. Caepione C. Laelio coss. Praeneste et in Cephallenia signa de caelo cecidisse uisa. mons Aetna ignibus abundauit. prodigium maioribus hostiis quadraginta expiatum. annus pacatus fuit Viriato uicto.

24 [83] M. Aemilio C. Hostilio Mancino coss. cum Lauinii auspicarentur, pulli e cauea in siluam Laurentinam euolarunt neque inuenti sunt. Praeneste fax ardens in caelo uisa. sereno intonuit. Tarracinae M. Claudius praetor in naue fulmine conflagrauit. lacus Fucinus per milia passuum quinque quoquo uersum inundauit. in Graecostasi et comitio sanguine fluxit. Esquiliis equuleus cum quinque pedibus natus. fulmine pleraque decussa. Hostilius Mancinus consul in portu Herculis cum conscenderet nauem petens Numantiam, uox improuiso audita 'mane Mancine'. cumque egressus postea nauem Genuae conscendisset, anguis in naui inuentus e manibus effugit. ipse consul deuictus, mox Numantinis deditus.

25 [84] L. Furio S. Atilio Sarrano coss. Regium pene totum incendio consumptum sine ullo humanae fraudis aut neglegentiae uestigio. puer ex ancilla quattuor pedibus manibus

4 dimicatum *Scaliger* ‖ 5 Q. *Oudendorpius:* Gn. *a* ‖ 6 cecinisse *Perizonius anim. hist.* 8 *p.* 326 ‖ 9 *cf. Liui per.* LV ‖ *Valerius Maximus* I, 6, 7 'cum Lauinii sacrificium facere uellet, pulli cauea emissi in proximam siluam fugerunt summaque diligentia quaesiti reperiri nequiuerunt. cumque ab Herculis portu, quo pedibus peruenerat, nauem conscenderet, talis uox sine ullo auctore ad aures eius peruenit 'Mancine mane!' qua territus cum itinere conuerso Genuam petisset et ibi scapham esset ingressus, anguis eximiae magnitudinis uisus e conspectu abiit.' ‖ Lauinii *Cluuerius Ital. ant. p.* 884. 936*:* Lanuuii *a* ‖ 12 *fortasse* cum naue ‖ 14 quoquo *Stephanus:* quoque *a* ‖ 22 S. *add Panuinius: om a* ‖ 24 *Orosius* V, 6 'Seruio Fuluio Flacco Q. Calpurnio Pisone coss. Romae puer ex ancilla natus quadripes quadrimanus, oculis quattuor, auribus totidem, natura uirili duplex'. ‖

oculis auribus et duplici obsceno natus. Puteolis in aquis calidis riui manarunt sanguine. fulmine pleraque deiecta. puer aruspicum iussu crematus, cinisque eius in mare deiectus. a Vaccaeis exercitus Romanus caesus.

26 [85] Seruio Flacco Q. Calpurnio coss. mons Aetna maioribus solito arsit ignibus. Romae puer solidus posteriore naturae parte genitus. Bononiae fruges in arboribus natae. bubonis uox primum in Capitolio, dein circa urbem audita. quae auis praemio posito ab aucupe capta combustaque; cinis eius in Tiberim dispersus. bos locutus. in Numantia res male gestae, exercitus Romanus oppressus.

27 [86] P. Africano C. Fuluio coss. in Amiterno sol noctu uisus, eiusque lux aliquandiu fuit uisa. bos locutus et nutritus publice. sanguine pluit. Anagniae seruo tunica arsit, et intermortuo igne nullum flammae apparuit uestigium. in Capitolio nocte auis gemitus similes hominis dedit. in aede Iunonis Reginae scutum Ligusticum fulmine tactum. fugitiuorum bellum in Sicilia exortum, coniuratione seruorum in Italia oppressa.

** Tiberius Gracchus ** legibus ferendis occisus. proditum est memoria, Tiberium Gracchum quo die periit tristia neglexisse omina, cum domi et in Capitolio sacrificanti dira portenderentur, domoque exiens sinistro ad limen offenso pede decusserit pollicem, et corui fragmentum tegulae ante pedes eius proiecerint ex stilicidio. in lacu Romano

4 a Vaccaeis *Oudendorpius:* ab Achaeis *a* ‖ 5 *Orosius* v, 6 'in Sicilia mons Aetna uastos ignes eructauit ac fudit, qui torrentum modo per prona praecipites proxima quaeque corripientibus exussere flammis, longinquiora autem fauillis calidis cum uapore graui late uolitantibus torruerunt, quod Siciliae semper uernaculum genus monstri non portendere malum adsolet sed inferre. in Bononiensi agro fruges in arboribus enatae sunt.' ‖ 7 *Plinius* XVIII, 18 'frugibus ostentum semel, quod quidem inuenerim, accidit P. Aelio Cn. Cornelio coss., quo anno superatus est Hannibal. in arboribus enim tum nata produntur frumenta.' ‖ 10 in Numantiam *Schefferus* ‖ 16 noctua auis *Schefferus* ‖ humanis *Heinsius* ‖ 19 in *addidi: om a* ‖ 20 P. Mucio L. Pisone coss. *excidisse monuit Oudendorpius* ‖ 25 proiecerint *Stephanus:* proiecerunt *a* ‖ *num* Romae ? ‖

lacte riui manarunt. Lunae terra quattuor iugerum spatio in profundum abiit et mox de cauerna lacum reddidit. Ardeae terra pluit. Minturnis lupus uigilem laniauit et inter tumultum effugit. Romae bubo et alia auis ignota uisa. in aede Iunonis Reginae clausis per biduum ualuis infantis uox audita. scuta nouo sanguine maculata. puella quadrupes nata. in agro Ferentino androgynus natus et in flumen deiectus. uirgines ter nouenae canentes urbem lustrauerunt.

.. in Italia multa milia seruorum, quae coniurauerant, aegre comprehensa et supplicio consumpta. in Sicilia fugitiui Romanos exercitus necauerunt. Numantia diruta.

28 [87] C. Claudio M. Perperna coss. Reate mulus cum quinque pedibus natus. Romae in Graecostasi lacte pluit. lupus et canis Ostiae pugnantes fulmine exanimati. grex ouium in Apulia † praetor populi Romani uno ictu fulmine exanimatus. Tarracinae sereno nauis uelum [fulmine exanimatum] in aqua deiectum, et impensas omnes quae ibi erant ignis absumpsit. Publius Crassus aduersus Aristonicum dimicans occisus. Apollinis simulacrum Cumis lacrimauit per quatriduum. uates responderunt Graeciae fore exitium, unde deductum esset. sacrificatum tum a Romanis donaque in templo posita. Phrygia * recepta Asia, Attali testa-

6 noua *Cuperus* ‖ 10 P. Popillio P. Rupilio coss. *excidisse monuit Oudendorpius* ‖ 13 C. *Panuinius:* Appio *a* ‖ 14 Graecostasi *Munkerus ad Lactantii argum. metam.* VI, 3*:* agro Cortasi *a* ‖ 16 fulminis *Schefferus* ‖ 20 *Augustinus de ciuitate dei* III, 11 'neque enim aliunde Apollo ille Cumanus cum aduersus Achaeos regemque Aristonicum a Romanis bellaretur quatriduo fleuisse nuntiatus est, quo prodigio aruspices territi cum id simulacrum in mare putauissent esse proiciendum, Cumani senes intercesserunt atque retulerunt te alprodigium et Antiochi et Persei bello in eodem apparuisse figmento, et quia Romanis feliciter prouenisset, ex SC. eidem Apollini sua dona esse missa testati sunt. tunc uero peritiores acciti aruspices responderunt, simulacri Apollinis fletum ideo prosperum esse Romanis, quoniam Cumae colonia Graeca esset, suisque terris unde accitus esset, id est ipsi Graeciae luctum et cladem Apollinem significasse plorantem.' ‖ Cumis *addidi: om a* ‖ 21 responderunt *Munkerus ad Lactantii argum. metam.* VI, 3*:* portenderunt *a* ‖ 23 *num* Phrygia excepta recepta*?* ‖

mento legata Romanis. Antiocho regi Syriae ingenti exercitu dimicanti hirundines in tabernaculo nidum fecerunt. quo prodigio neglecto proelium commisit et a Parthis occisus est.

.. M. Fuluii Flacci triumuiri dissensione in legibus ferendis ... angues duo nigri in cella Mineruae allapsi ciuilem caedem portenderunt.

M. Aemilio Lucio Aurelio coss. nocturna tempestate in 29
Capitolio aliquot templa concussa sunt. Romae et circa [89]
fulmine pleraque deiecta sunt. Aetna mons terrae motu ignes super uerticem late diffudit, et ad insulas Liparas mare efferbuit et quibusdam adustis nauibus uapore plerosque nauales exanimauit, piscium uim magnam exanimem dispersit, quos Liparenses auidius epulis appetentes contaminatione uentris consumpti, ita ut noua pestilentia uastarentur insulae. quod prodigium aruspicum responso seditionem, quae post tempore patuit, portendit.

M. Plautio M. Fuluio coss. in arboribus fruges natae sunt. 30
oleo et lacte in Veiente pluit. bubo in Capitolio uisus. [90]
Arpis lapideus imber triduo .. apparuit locustarum ingenti agmine in Africa, quae a uento in mare deiectae fluctibus-

5 C. Sempronio M'. Aquillio coss. *excidisse patet* ‖ *num* dissensiones ? ‖ 10 *Orosius* v, 10 'M. Aemilio L. Oreste coss. Aetna uasto tremore concussa exundauit igneis globis, rursusque alio die Lipara insula et uicinum circa eam mare in tantum efferbuit, ut adustas quoque rupes dissoluerit, tabulata nauium liquefactis ceris extorruerit, exanimatos pisces supernatantesque excoxerit, homines quoque, nisi qui longius potuere diffugere, reciprocatu anhelitu calidi aeris adustis introrsum uitalibus suffocarit.' ‖ 11 insulas *scripsi:* insulam *a* ‖ 17 tempore *scripsi:* tempora *a* ‖ 18 M. Plautio *Oudendorpius:* P. Plautio *a* ‖ 20 rapidus fiber *Oudendorpius* ‖ *cf. Liui per.* LX. *Augustinus de ciuitate dei* III, 31 'locustarum etiam in Africa multitudinem prodigii similem fuisse, cum iam esset Romani populi prouincia litteris mandauerunt. consumptis enim fructibus foliisque lignorum ingenti atque inaestimabili nube in mare dicunt esse deiectam. qua mortua redditaque litoribus atque hinc aere corrupto tantam ortam pestilentiam dicunt, ut in solo regno Masinissae octingenta hominum milia perisse referantur et multo amplius in terris litoribus proximis. tunc Vticae ex triginta milibus iuniorum, quae ibi erant, decem remansisse confirmant.' ‖ ingentia agmina *Lycosthenes* ‖ 21 deuectae *Heinsius* ‖

que eiectae odore intolerabili Cyrenis mortiferoque uapore grauem pestilentiam fecerunt pecori; hominumque DCCC milia consumpta tabe proditum est. Fregellae, quae aduersus Romanos coniurauerunt, dirutae. Ligures Sallyes trucidati.

31 [91] C. Cassio Longino C. Sextio coss. in Graecostasi lacte pluit. fulmine Crotone grex ouium cum cane et tribus pastoribus exanimatus. Saturae uitulus biceps natus. tumultus in urbe fuit C. Graccho leges ferente.

32 [92] Cn. Domitio C. Fannio coss. in foro Vessano androgynus natus in mare delatus est. in Gallia tres soles et tres lunae uisae. uitulus biceps natus. bubo in Capitolio uisus. Aetnae incendio Catina consumpta. Sallyes et Allobroges deuicti.

33 [93] L. Opimio Q. Fabio Maximo coss. grex luporum limites, qui in agrorum diuisione per C. Gracchum depositi erant, dissipauit. ipse Gracchus in Auentino occisus.

34 [94] L. Aurelio Cotta L. Caecilio coss. androgynus in agro Romano annorum octo inuentus et in mare deportatus. uirgines ter nouenae in urbe cantarunt.

35 [95] M. Catone Q. Marcio coss. Catone consule immolante exta tabuerunt, caput iocineris inuentum non est. lacte pluit. terra cum mugitu tremuit. examen apum in foro consedit. sacrificium ex Sibyllinis.

36 [96] L. Caecilio † L. Aurelio coss. fulmine Romae et circa pleraque tacta. Praeneste lacte pluit. hastae Martis in regia

1 mortiferoque *scripsi:* mortifero *a* ‖ 4 coniurauerant *Heinsius* ‖ 6 Sextio *Hearnius:* Sextilio *a* ‖ 8 Saturniae *Scaliger*, Asturae *Cluuerius Ital. ant. p.* 992 ‖ 9 C. *addidi: om a* ‖ 10 Suessano *Ortelius*, Vestino *Scaliger* ‖ 12 *Orosius* v, 13 'Aetna mons ultra solitum exarsit et torrentibus ignis superfusis lateque circumfluentibus Catinam urbem finesque eius oppressit, ita ut tecta aedium calidis cineribus praeusta et praegrauata corruerent.' *cf. Augustinus de ciuitate dei* III, 31. ‖ Aetnae *Oudendorpius:* et ex *a* ‖ 13 Catina *Oudendorpius:* cathena *a* ‖ 17 Cotta *scripsi:* et *a* ‖ 20 Q. *Lycosthenes:* Quintio *a* ‖ 23 sacrificatum *Stephanus* ‖ 24 Q. Mucio Scaeuola coss. *Oudendorpius* ‖

motae. Priuerni terra septem iugerum spatio in cauerna desedit. Saturniae androgynus annorum decem inuentus et mari demersus. uirgines uiginti septem urbem carmine lustrauerunt. reliquum anni in pace fuit.

M'. Acilio C. Porcio coss. P. Eluius eques Romanus a lu- 37
dis Romanis cum in Apuliam reuerteretur, in agro Stellati [97]
filia eius uirgo equo insidens fulmine icta exanimataque, uestimento deducto inguinibus, exerta lingua, per inferiores locos ut ignis ad os emicuerit. responsum infamiam uirginibus et equestri ordini portendi, quia equi ornamenta dispersa erant. tres uno tempore uirgines Vestales nobilissimae cum aliquot equitibus Romanis incesti poenas subierunt. aedes Veneri Verticordiae facta.

C. Caecilio Gneo Papirio coss. Albanus mons nocte ardere 38
uisus. * aedicula et signum de caelo tacta. ara Salutis in- [98]
terrupta. terra in Lucanis et Priuernati late hiauit. in Gallia caelum ardere uisum. Cimbri Teutonique Alpes transgressi foedam stragem Romanorum sociorumque fecerunt.

P. Scipione L. Calpurnio coss. maxima pars urbis exusta 39
cum aede Matris magnae. lacte per triduum pluit, hostiis- [99]
que expiatum maioribus. Iugurthinum bellum exortum.

1 cauernam *Schefferus* ‖ 5 M'. *Hearnius:* M. *a* ‖ *Orosius* v, 15 'L. Eluius eques Romanus cum uxore et filia de Roma in Apuliam rediens, tempestate correptus cum filiam consternatam uideret, ut citius propioribus tectis succederent relictis uehiculis arreptisque equis filiam uirginem equo insidentem in medium agmen accepit. puella continuo ictu fulminis exanimata est. sed omnibus sine scissura aliqua uestimentis ademptis ac pectoris pedumque uinculis dissolutis, monilibus etiam anulisque discussis, ipso quoque corpore inlaeso, nisi quod obscenum in modum et lingua paululum exerta iacuit. equus quoque ipse, quo utebatur, straturis frenis et cingulis dissolutis passim ac dispersis exanimis procul iacuit'. ‖ P. *Mommsenius:* Pompeius *a* ‖ 6 Apuliam *Schefferus:* Apulia *a* ‖ 8 diducto *Heinsius* ‖ inguinibus *Wopkensius:* in inguinibus *a* ‖ 15 *fortasse* Iouis aedicula ‖

40 [100] Sergio Galba M. Scauro coss. auis incendiaria et bubo in urbe uisae. in laotomiis homo ab homine adesus. ex Sibyllinis in insula Cimolia sacrificatum per triginta ingenuos patrimos et matrimos totidemque uirgines. multa milia hominum intumescente Pado et stagno Arretino obruta. bis lacte pluit. Nursiae gemini ex muliere ingenua nati, puella integris omnibus membris, puer a parte priore aluo aperto ita ut nudum intestinum conspiceretur, idem posteriore natura solidus natus, qui uoce missa expirauit. contra Iugurtham prospere dimicatum.

41 [101] Q. Seruilio Caepione C. Atilio Sarrano coss. Amiterni cum ex ancilla puer nasceretur, 'aue' dixit. in agro Perusino et Romae locis aliquot lacte pluit. inter multa fulmine icta Atellis digiti hominis quattuor tamquam ferro praecisi. argentum signatum afflatu fulminis diffluxit. in agro Trebulano mulier nupta ciui Romano fulmine icta, nec exanimata. fremitus caelestis auditus et pila caelo cadere uisa. sanguine pluit. Romae interdiu fax sublime uolans conspecta. in aede Larum flamma a fastigio ad summum columen penetrauit innoxia. per Caepionem consulem senatorum et equitum iudicia communicata. cetera in pace fuerunt.

42 [102] P. Rutilio Cn. Manlio coss. Trebulae Mutuescae ante quam ludi committerentur canente tibicine angues nigri aram circumdederunt, desinente cantare dilapsi. postero die exorti a populo lapidibus enecati. foribus templi adapertis simulacrum Martis ligneum capite stans inuentum. a Lusitanis exercitus Romanis caesus.

43 [103] C. Mario C. Flauio coss. bubo extra urbem uisus. bos locuta. Trebulae Mutuescae simulacrum in templo, quod

2 urbe *Stephanus:* urbem *a* ‖ lautumiis *Schefferus* ‖ 11 C. *add Oudendorpius: om a* ‖ 12 *post* dixit *add a* P. Sarrano G. Atilio coss. *cf. p.* 121, 11 *et* 22 ‖ 23 Rutilio Cn. Manlio *Oudendorpius:* Attilio et Cornelio Manilio *a* ‖ Mutuescae *scripsi:* Mutuscae *a* ‖ 29 Flauio *Oudendorpius:* Flacco *a* ‖

capite adaperto fuit, opertum inuentum. Nuceriae ulmus uento euersa sua sponte erecta in radicem conualuit. in Lucanis lacte, Lunae sanguine pluit. Arimini canis locutus. ** arma caelestia tempore † utroque ab ortu et occasu uisa pugnare et ab occasu uinci. aruspicum responso populus stipem Cereri et Proserpinae tulit. uirgines uiginti septem dona canentes tulerunt. luna interdiu cum stella ab hora tertia usque ad horam septimam apparuit. a fugitiuis et desertoribus in Thurinis regiones uastatae. Cimbri Alpes transgressi post Hispaniam uastatam iunxerunt se Teutonis. lupus urbem intrauit. fulminis ictu uultures super turrem exanimati. hora diei tertia solis defectus lucem obscurauit. examen apium ante aedem Salutis consedit. in comitio lacte pluit. in Piceno tres soles uisi. in agro Vulsiniensi flamma e terra orta caelumque uisa contingere. in Lucanis duo agni equinis pedibus nati, alter feminino capite. in Tarquiniensi lactis riui terra scaturientis exorti. aruspicum responso signa oleaginea duo armata statuta supplicatumque. in Macedonia Thraces subacti.

C. Mario Q. Lutatio coss. nouendiale sacrum fuit, quod in 44
Tuscis lapidibus pluerat. urbs aruspicum iussu lustrata. [104]
hostiarum cinis per decemuiros in mare dispersus, et per dies nouem circa omnia templa per magistratus † et municipia pompa ducta supplicatum. hastae Martis in regia sua sponte motae. sanguine circa amnem Anienem pluit. examen apium in foro boario in sacello consedit. in Gallia in castris lux nocte fulsit. puer ingenuus Ariciae flamma comprehensus nec ambustus. aedes Iouis clusa fulmine icta. cu-

1 adaperto *Heinsius:* adoperto *a* ‖ apertum *Schefferus* ‖ 2 coaluit *Lycosthenes* ‖ 3 Ameriae *Pighius* ‖ 4 *Plinius* II, 57, 58 'tertio uero consulatu Mari ab Amerinis (Mamertinis *codd.*) et Tudertibus spectata arma caelestia ab ortu occasuque inter se occurrentia, pulsis quae ab occasu erant.' ‖ *fortasse* tempore nocturno utrimque ‖ 9 Tigurinis *Oudendorpius* ‖ 10 post *Burmannus:* per *a* ‖ *fortasse* inuasam ‖ 16 feminino *scripsi:* siminino *a* ‖ 17 scaturientis *Oudendorpius:* scaturienti *a* ‖ exorti *Stephanus:* exorta *a* ‖ 24 supplicatum *Lycosthenes:* supplicantum *a* ‖ 28 Clusii *Heinsius* ‖

ius expiationem qui primus monstrauerat Aemilius † Potensis aruspex praemium tulit, ceteris celantibus, quod ipsis liberisque exitium portenderetur. piratae in Cilicia a Romanis deleti. Teutoni a Mario trucidati.

.. ancilia cum crepitu sua sponte mota. seruus Q. Seruilii Caepionis Matri Idaeae se praecidit, et trans mare exportatus, ne umquam Romae reuerteretur. urbs lustrata capra cornibus ardentibus per urbem ducta, porta Naeuia emissa relictaque. in Auentino luto pluit. Lusitanis deuictis Hispania ulterior pacata. Cimbri deleti.

45 [105] C. Mario L. Valerio coss. fax ardens Tarquiniis late uisa subito lapsu cadens. sub occasu solis orbis clipei similis ab occidente ad orientem uisus perferri. in Piceno terrae motu domicilia ruinis prostrata, quaedam conuulsa sede sua inclinata manserunt. fremitus armorum ex inferno auditus. quadrigae auratae in foro a pedibus sudauerunt. fugitiui in Sicilia proeliis trucidati.

46 [106] M. Antonio A. Postumio coss. bubone in urbe uiso urbs lustrata. nimbis et procella plurima dissipata, fulmine pleraque tacta. Lanuuii in aede Iunonis Sospitae in cubiculo deae sanguinis guttae uisae. Nursiae aedes sacra terrae motu disiecta. Lusitani rebellantes subacti. Sex. Titius tribunus plebis de agris diuidendis populo cum repugnantibus collegis pertinaciter legem ferret, corui duo numero in alto uolantes ita pugnauerunt supra contionem, ut rostris unguibusque lacerarentur. aruspices sacra Apollini litanda et de lege quae ferebatur supersedendum pronuntiarunt. fremitus ab inferno ad caelum ferri uisus inopiam famemque portendit. populus stipem, matronae thesaurum

1 qui *scripsi:* quia *a* ‖ primus *Schefferus:* prius *a* ‖ potens artis *Oudendorpius* ‖ 3 Cilicia *Sigonius:* Sicilia *a* ‖ 5 C. Mario M'. Aquilio coss. *excidisse monuit Oudendorpius. cf. Liui per.* LXVIII ‖ Q. *scripsi:* que *a* ‖ 6 Matri *Pighius:* matris *a* ‖ 7 Romam *Schefferus* ‖ 13 perferri *Schefferus:* praeferri *a* ‖ 17 sine proeliis *Oudendorpius* ‖ 21 sacrae — disiectae *Schefferus* ‖ 22 Sex. Titius *Pighius:* Sextius *a* ‖ 26 Apollini *Schefferus:* Apollinis *a* ‖.

et uirgines dona Cereri et Proserpinae tulerunt. per uirgines uiginti septem cantitatum. signa cupressea duo Iunoni Reginae posita. in Lusitania prospere a Romanis pugnatum.

47 [107] Q. Metello T. Didio coss. bubone in Capitolio supra deorum simulacra uiso cum piaretur, taurus uictima exanimis concidit. fulmine pleraque decussa. hastae Martis in regia motae. ludis in theatro creta candida pluit: fruges et tempestates portendit bonas. sereno tonuit. apud aedem Apollinis decemuiris immolantibus caput iocineris non fuit, sacrificantibus anguis ad aram inuentus. item androgynus in mare deportatus. in circo inter pila militum ignis fusus. Hispani pluribus proeliis deuicti.

48 [108] Cn. Cornelio Lentulo P. Licinio coss. supplicatum in urbe, quod androgynus inuentus et in mare deportatus erat. Pisauri terrae fremitus auditus. muri pinnae sine terrae motu passim deiectae ciuiles portendere discordias. Nursiae simulacrum Iouis in partem sinistram conuersum. cupressea simulacra Iunonis Reginae posita per uirgines uiginti septem, quae urbem lustrauerunt. Celtiberi Medi Dardani subacti.

49 [109] Gneo Domitio Caio Cassio coss. lupus urbem ingressus in domo priuata occisus. bubo in Capitolio occisus. fulmine pleraque decussa. signa aurata Iouis cum capite columnaque disiecta. Faesulis sanguine terra manauit. Arretii mulieri e naso spicae farris natae, eadem farris grana uomuit. urbe lustrata Ptolemaeus rex Aegypti Cyrenis mortuus senatum populumque Romanum heredem reliquit.

50 [110] L. Crasso Q. Scaeuola coss. Caere lacte pluit. Lebadiae Eutychides in templum Iouis Trophonii degressus tabulam aeneam extulit, in qua scripta erant quae ad res Romanas

2 *fortasse* cantu lustratum ‖ 4 T. *Oudendorpius:* Tullio *a* ‖ 5 tauro *Burmannus* ‖ 11 Circeiis *Lipsius apud Oudendorpium ad Lucani* I, 401 ‖ militum *deleuerim.* ‖ 23 *puto* statua ‖ 28 L. *scripsi:* P. *a* ‖ 29 degressus *Oudendorpius:* digressus *a* ‖

pertinerent. fulminis afflatu pleraque animalia exanimata. Venafri hiatu terra alte subsedit. uultures canem mortuum laniantes occisi ab aliis et comesi uulturibus. agnus biceps, puer tribus manibus totidemque pedibus natus At*. hastae Martis in regia motae. androgynus Vrbino natus in mare deportatus. pax domi forisque fuit.

51 [111] C. Caelio L. Domitio coss. nouendiale sacrum fuit, quod in Volsca gente lapidibus pluerat. Vulsiniis luna noua defecit et non nisi postero die hora tertia comparuit. puella biceps quadripes quadrimana, gemina feminea natura mortua nata. auis incendiaria uisa occisaque. in Vestinis in uilla lapidibus pluit. fax in caelo apparuit et totum caelum ardere uisum. terra sanguine manauit et concreuit. canes saxa tegulas uulgo roserunt. Faesulis ingens multitudo inter sepulcra lugubri ueste, pallida facie interdiu ambulare gregatim uisa. per Nasicam Hispaniae principes qui rebellabant supplicio consumpti, urbibus dirutis.

52 [112] C. Valerio M. Herennio coss. Romae et circa fulmine pleraque decussa. ancilla puerum unimanum peperit. Fregellis aedes Neptuni nocte patefacta. maris uituli cum exta demerentur, gemini uitelli in aluo eius inuenti. Arretii signum aeneum Mercurii sudauit. in Lucanis gregem ueruecum, cum pasceretur et nocte in stabulo flamma circundata nihil adussit. Carseolis torrens sanguinis fluxit. lupi urbem ingressi. Praeneste lana uolitauit. in Apulia mula peperit. miluus in aede Apollinis Romae comprehensus. Herennio consuli bis immolanti caput iocineris defuit. in sacro nouendiali coena deae posita a cane adesa ante quam delibaretur. Vulsiniis prima luce flamma caelo emicare uisa; cum in unum coisset, os flammae ferrugineum ostendit, caelum uisum discedere, e cuius hiatu uertices flam-

4 *fortasse* Atellae || 7 Caelio *Hearnius:* Laelio *a* || 8 nona *Schefferus* || 11 *num* fauilla lapidibusque *?* || 14 uultures *Oudendorpius* || 16 Flaccum *Sigonius* || 30 flamma *Oudendorpius* || 31 discedere e *Schefferus:* descendere *a* ||

mae apparuerunt. lustrationibus prospere expiatum: nam totus annus domi forisque tranquillus fuit.

C. Claudio M. Perperna coss. bubo in aede Fortunae eques- 53
tris comprehensus inter manus expirauit. Faesulis fremitus [113]
terrae auditus. puer ex ancilla natus sine foramine naturae qua humor emittitur. mulier duplici natura inuenta. fax in caelo uisa. bos locuta. examen apium in culmine priuatae domus consedit. Volaterris sanguinis riuus manauit. Romae lacte pluit. Arretii duo androgyni inuenti. pullus gallinaceus quadripes natus. fulmine pleraque icta. supplicatio fuit. populus Cereri et Proserpinae stipem tulit. uirgines uiginti septem carmen canentes urbem lustrauerunt. Medorum in Macedonia gens prouinciam cruente uastauit.

L. Marcio Sex. Iulio coss. Liuio Druso tr. pl. leges ferente 54
cum bellum Italicum consurgeret, prodigia multa apparue- [114]
runt urbi. sub ortu solis globus ignis a septentrionali regione cum ingenti sono caeli emicuit. Arretii frangentibus panes cruor e mediis fluxit. in Vestinis per dies septem lapidibus testisque pluit. Aenariae terrae hiatu flamma exorta in caelum emicuit. circa Regium terrae motu pars urbis murique diruta. in Spoletino colore aureo globus ignis ad terram deuolutus, maiorque factus e terra ad orien-

3 Perperna *Hearnius:* Perpenna *a* ‖ 15 Liuio Druso tr. pl. leges ferente *Leopardus emend.* x, 17 : Libius Troso P. Tarquinius leges ferentes *a* ‖ 17 *Orosius* v, 18 'sub ortu solis globus ignis a regione septentrionis cum maximo caeli fragore emicuit. apud Arretinos cum panes per conuiuia frangerentur, cruor e mediis panibus quasi e uulneribus corporum fluxit. praeterea per septem continuos dies grando lapidum inmixtis etiam testarum fragmentis terram latissime uerberauit. in Samnitibus uastissimo terrae hiatu flamma prorupit et usque in caelum extendi uisa est. conplures praeterea in itinere uidere Romani globum coloris aurei caelo ad terram deuolui, maioremque factum rursus a terra in sublime ad orientem solem ferri ac magnitudine sua ipsum solem obtexisse.' ‖ Vrbini *Schefferus* ‖ 20 Aeserniae *Oudendorpius* ‖ 21 terrae motu *Basileensis:* terre mota *a* ‖ 22 e caelo colore *Schefferus* ‖

tem ferri uisus magnitudinem solis obtexit. Cumis in arce simulacrum Apollinis sudauit. aedis Pietatis in circo Flaminio clausa fulmine icta. Asculo per ludos Romani trucidati. cum ex agris in urbem pecora armentaque Latini agerent, strage hominum passim facta armenta in tantam rabiem concitata sunt, ut uastando suos hostile imaginarentur bellum † lacrimantesque multis affectibus calamitatem praesagirent suis.

55 [115] L. Iulio Caesare P. Rutilio coss. Metella Caecilia somnio Iunonem Sospitam profugientem, quod immunde sua templa foedarentur, cum suis precibus aegre reuocatam diceret, aedem matronarum sordidis obscenisque corporis coinquinatam ministeriis, in qua etiam sub simulacro deae cubile canis confetae erat, commundatam supplicationibus habitis pristino splendori restituit. a Picentibus Romani barbaro more excruciati. ubique in Latio clades accepta. Rutilius Lupus spretis religionibus, cum in extis caput non inuenisset iocineris, amisso exercitu in proelio occisus.

56 [116] L. Sylla Q. Pompeio coss. Pompedius Silo in oppidum Bo-

1 magnitudine solem *Oudendorpius* ‖ Cumis *Scaliger:* cuius *a* ‖ 3 Asculo *Schefferus:* Asylo *a* ‖ 4 *Orosius* v, 18 'omnium generum animalia, quae manus hominum blande perpeti atque inter homines uiuere solita erant, relictis stabulis pascuisque cum balatu hinnitu mugituque miserabili ad siluas montesque fugerunt. canes quoque, quorum naturae est extra homines esse non posse, lacrimosis ululatibus uagi luporum ritu oberrarunt.' *Augustinus de ciuitate dei* III, 23 'antea quam se aduersus Romam sociale Latium commoueret, cuncta animalia humanis usibus subdita, canes equi asini boues et quaeque alia pecora sub hominum dominio fuerunt, subito efferata et domesticae lenitatis oblita relictis tectis libera uagabantur et omnem non solum alienorum, uerum etiam dominorum auersabantur accessum non sine exitio uel periculo audentis, si quis de proximo urgeret.' ‖ 5 strage *scripsi:* strages *a* ‖ 6 *num* sociale *?* ‖ 7 afflictibus *Oudendorpius* ‖ 12 aedem — coinquinatam — in qua — commundatam *Oudendorpius:* gregem — coinquinatum — in quo — commundatum *a* ‖ 13 menstruis *Heinsius* ‖ 14 confetae erat *Schefferus:* confoetuerat *a* ‖ 15 splendori *Lycosthenes:* splendore *a* ‖ 16 accepta *Schefferus:* accensa *a* ‖ 17 Rutilius *Freinshemius ad Florum* III, 18, 12: Lucilius *a* ‖ 19 Pompedius Silo *Vossius ad Velleium* II, 16: Pompeius Sylo *a* ‖

uianum quod ceperat triumphans inuectus omen uictoriae hostibus ostendit, quia triumphus in urbem uictricem, non uictam induci solet. proximo proelio amisso exercitu occisus. Mithridati aduersus socios bellum paranti prodigia apparuerunt. Stratopedo, ubi senatus haberi solet, corui uulturem tundendo rostris occiderunt. in eundem locum sidus ingens caelo demissum. Isidis species uisa fulmine petere. lucum Furiarum cum Mithridates succenderet, risus exauditus ingens sine autore. cum aruspicum iussu uirginem Furiis immolaret, e iugulo puellae risus ortus turbauit sacrificum. classis Mithridatis † in Thessalia a Romanis in proelio amissa.

.. Cinna et Mario per bella ciuilia crudeliter saeuientibus Romae in castris Gnei Pompei caelum ruere uisum, arma signaque tacta, milites exanimati. ipse Pompeius afflatus sidere interiit. lectum eius populus diripuit, corpus unco traxit, quod discrimine ciuili perseuerasset periclitanti patriae non succurrere, cum et imperium et maximos haberet exercitus.

.. Peiraeum Sylla cum oppugnaret, unus miles eius aggerem ferens exanimatus fulmine. aruspex respondit † diuturno labore, quod caput iacentis in oppidum uersum esset, introitum et uictoriam Romanis significare. post breue tempus Athenae et Peiraeum a Sylla capta. Ilio a C. Fimbria incenso cum aedes quoque Mineruae deflagrasset, inter ruinas simulacrum antiquissimum inuiolatum stetit spemque restitutionis oppido portendit.

5 strategeo *Cuperus* ‖ 8 succederet *Heinsius*, succideret *Burmannus* ‖ 11 *num* incensa alia *?* ‖ 12 Rhodiis *Oudendorpius* ‖ sine proelio *Heinsius* ‖ *num* demersa *?* ‖ 13 Cn. Octauio L. Cinna coss. *excidisse monuit Oudendorpius* ‖ 15 *Orosius* v, 19 'Pompeius fulmine adflatus interiit.' ‖ 20 L. Cinna C. Mario coss. *excidisse monuit Oudendorpius* ‖ 21 haud diuturno *Schefferus* ‖ 24 *Augustinus de ciuitate dei* III, 7 'euersis quippe et incensis omnibus cum oppido simulacris, solum Mineruae simulacrum sub tanta ruina templi illius, ut scribit Liuius, integrum stetisse perhibetur.' ‖

57 [118] L. Scipione C. Norbano coss. per Syllana tempora inter Capuam et Vulturnum ingens signorum sonus armorumque cum horrendo clamore auditus, ita ut uiderentur duae acies concurrere per plures dies. † rei miraculo interius considerantibus uestigia equorum hominumque et recenter protritae herbae et uirgulta uisa: molem ingentis belli portendere. in Etruria Clusii mater familiae uiuum serpentem peperit, qui iussu aruspicum in profluentem deiectus auersa aqua natauit. Lucius Sylla post quintum annum uictor in Italiam reuersus magno terrori fuit inimicis. * aeditui Capitolium una nocte conflagrauit. Syllae crudelitate foeda proscriptio principum fuit. centena milia hominum consumpta Italico ciuilique bello relata sunt.

58 [119] Mam. Aemilio D. Bruto coss. D. Laelius legatus Pompei — cui prodigium Romae erat factum in lecto uxoris duo angues conspecti in diuersumque elapsi, proxime Pompeio in castris sedenti accipiter super caput accesserat — in Hispania aduersus Sertorium inter pabulatores occisus.

59 [120] Gneo Octauio C. Scribonio coss. Reate terrae motu aedes sacrae in oppido agrisque commotae, saxa quibus forum stratum erat discussa, pontes interrupti, ripae praelabentis fluminis in aquam prouolutae, fremitus inferni exauditi. et post paucos dies quae concussa erant corruerunt, saxum uiuum cum prouolueretur, in praecipiti rupe immobile ste-

1 *Augustinus de ciuitate dei* II, 25 'in quadam Campaniae lata planitie, ubi non multo post ciuiles acies nefario proelio conflixerunt, inter se prius pugnare uisi sunt [maligni spiritus]. namque ibi primum auditi sunt ingentes fragores, moxque multi se uidisse nuntiarunt per aliquot dies duas acies proeliari. quae pugna ubi destitit, uestigia quoque uelut hominum et equorum, quanta de illa conflictione exprimi poterant, inuenerunt.' ‖ 2 armatorumque *Oudendorpius* ‖ 3 cum *addidi: om a* ‖ 4 *num* maiore ? ‖ miraculum *Stephanus* ‖ interius *scripsi:* intus *a*. intentius *Burmannus* ‖ 5 recenter *Heinsius:* recentes *a*. recens *Schefferus* ‖ 8 aduersa *Stephanus* ‖ 14 Mam. *Oudendorpius:* M. *a* ‖ D. *Pighius:* Didius *a* ‖ 16 elapsi *Schefferus:* lapsi *a* ‖ Pompeium *Munckerus ad Lactant. arg. metam.* XIIII, 18, a Pompeio *Oudendorpius* ‖ 21 praelabentis *scripsi:* labentis *a* ‖

tit. a Sertorio in Hispania exercitus Romani caesi. aduersum Medos uarie dimicatum.

C. Aurelio L. Octauio coss. Sertorio in Hispania exerci- 60
tum ducenti tale prodigium est factum. scuta equitum [121]
parte exteriore iaculaque et pectora equorum cruenta uisa, quod prosperum sibi interpretatus est Sertorius, quia exteriora hostili sanguine maculari solent. continua ei proelia cum successu fuerunt.

.. Cyzicum Mithridates cum oppugnaret, Aristagorae, qui in summo magistratu erat, Proserpina in quiete uisa est dicere aduersus tubicinem se tibicinem comparasse. postero die turres hostium uento disiectae sunt. ad immolandum bos sacra iniussa de montibus per hostium classem adnatauit seque ad aras percutiendam obtulit.

M. Cicerone Gaio Antonio coss. fulmine pleraque decussa. 61
sereno Vargunteius Pompeiis de caelo exanimatus. trabis [122]
ardens ab occasu ad caelum extenta. terrae motu Spoletum totum concussum, et quaedam corruerunt. inter alia relatum, biennio ante in Capitolio lupam Remi et Romuli fulmine ictam, signumque Iouis cum columna disiectum, aruspicum responso in foro repositum. tabulae legum aeneae literis * liquefactae. ab his prodigiis Catilinae nefaria conspiratio coepta.

.. C. Antonius procos. cum in agro Pistoriensi Catilinam deuicisset, laureatos fasces in prouinciam tulit. ibi a Dardanis oppressus amisso exercitu profugit. apparuit eum hostibus portendisse uictoriam, cum ad eos laurum uictricem tulerit, quam in Capitolio debuerat deponere.

3 C. *Oudendorpius:* L. *a* ‖ 9 M. Varrone C. Cassio coss. *excidisse monuit Oudendorpius* ‖ 11 tubicinem *Schefferus:* tibicines *a* ‖ 15 Cicerone *Muretus ad Cic. Cat.* III, 8: Cesone *a* ‖ 16 Pompeiis *Schefferus:* Pompeius *a* ‖ 18 relatum *Lycosthenes:* relatu *a* ‖ 21 *num* reposita ? ‖ 22 liquefactae *Oudendorpius:* liquefactis *a* ‖ 24 C. Antonius — deponere *quae post* deuicti *p.* 134, 5 *ponit a, huc transponenda esse uidit Oudendorpius* ‖ D. Iunio L. Murena coss. *excidisse patet* ‖ C. Antonius procos. *scripsi:* M. Cicerone C. Antonio coss. *a* ‖

62 Quinto Metello L. Afranio coss. die toto ante sereno circa
[123] horam undecimam nox se intendit, deinde restitutus ful-
gor. turbinis ui tecta deiecta. ponte sublapso homines in
Tiberim praecipitati. in agris pleraeque arbores euersae
radicitus. Lusitani Callaeci deuicti.

63 .. lupi in urbe uisi. nocturni ululatus flebiles canum au-
diti. simulacrum Martis sudauit. fulmen tota urbe perua-
gatum pleraque deorum simulacra decussit, homines exa-
nimauit. urbs lustrata. propter dictaturam Pompeii ingens
64 seditio in urbe fuit. [L. Domitio Appio Claudio coss.] M.
[124] Crassus ad Parthos profectus cum Euphratem transiret,
multa prodigia neglexit. cum etiam coorta tempestas signi-
fero signum abreptum mersisset gurgiti, et offundente se
nimborum caligine prohiberentur transire, pertinaciter per-
seuerans cum filio et exercitu interiit.

65 L. Paulo C. Marcello coss. mula pariens discordiam ci-
[125] uium, bonorum interitum, mutationem legum, turpes ma-
tronarum partus significauit. incendium, quo maxima pars
urbis deleta est, prodigii loco habitum. inter Caesarem et
Pompeium bella ciuilia exorta.

.. aduersus Caesarem Pompeius in Macedonia cum inui-
tus instigantibus amicis instrueret aciem, a Dyrrhachio ue-

5 radicitus *Schefferus:* radicibus *a* ‖ Callaeci *Oudendorpius:* Gallaeci *a* ‖ 6 Cn. Domitio M. Messalla coss. *excidisse monuit Oudendorpius* ‖ 10 L. *Oudendorpius:* Gneo *a* ‖ 12 *Florus* III, 11 'cum Zeugma transisset exercitus, rapta subitis signa turbinibus hausit Euphrates.' ‖ enim *Schefferus* ‖ 13 se *add Heinsius: om a* ‖ 19 *Orosius* VI, 14 'anno si quidem ab urbe condita DCC incertum unde concretus plurimam urbis partem ignis inuasit, neque umquam ante tanto incendio correptam ac uastatam ciuitatem ferunt. nam quattuordecim uicos cum uico iugario consumptos fuisse memoriae proditum est. hinc iam bellum ciuile committitur.' VII, 2 'nam septingentesimo conditionis suae anno quattuordecim uicos eius incertum unde consurgens flamma consumpsit, nec umquam, ut ait Liuius, maiore incendio uastata est.' ‖ 22 C. Caesare P. Seruilio coss. *excidisse monuit Oudendorpius* ‖ in *add. Schefferus* ‖ inuitus instigantibus *scripsi:* inuitatis gentibus *a* ‖

nientibus aduersa fuerunt fulmina. examen apium in signis •• portendit. nocturni terrores in exercitu fuere. ipse Pompeius pridie pugnae diem uisus in theatro suo ingenti plausu excipi. mox acie uictus in Aegypto occisus. eo ipso die plerisque locis signa sua sponte conuersa *, clamorem crepitumque armorum Antiochiae bis ut curreretur in murus auditum, † indeque sonum tympanorum Pergami. palma uiridis Trallibus in aede Victoriae sub Caesaris statua inter coagmenta lapidum magnitudine matura enata. C. Cornelius augur Patauii eo die cum aues admitterent, proclamauit rem geri et uincere Caesarem.

C. Caesare M. Lepido coss. decem legionum aquilae Gneo 66
Cn. Pompeii filio quae fulmina tenebant uisae dimittere et [126]

1 *Florus* IIII, 2 'numquam imminentis ruinae manifestiora prodigia: fuga uictimarum, examina in signis, interdiu tenebrae. dux ipse in nocturna imagine plausu theatri sui in modum planctus circumsonatus et mane cum pullo pallio — nefas – aput principia conspectus est.' ‖ *Valerius Maximus* I, 6, 12 'Cn. etiam Pompeium Iuppiter omnipotens abunde monuerat egresso a Dyrrachio aduersa agmini eius fulmina iaciens, examinibus apum signa obscurando, subita tristitia implicatis militum armis, nocturnis totius exercitus terroribus, ab ipsis altaribus hostiarum fuga. — quo [die] constat in delubris deum sua sponte signa conuersa, militarem clamorem strepitumque armorum adeo magnum Antiochiae et Ptolemaide auditum ut in muros concurreretur, sonum tympanorum Pergami adytis delubri editum, palmam uiridem Trallibus in aede Victoriae sub Caesaris statua inter coagmenta lapidum iustae magnitudinis enatam.' ‖ 2 consedit *Oudendorpius* ‖ 3 diem *Schefferus:* die *a* ‖ 7 in dei aede *Oudendorpius* ‖ 9 matura *Oudendorpius:* mature *a* ‖ 10 *Plutarchus uita Caesaris* 47 *ἐν δὲ Παταβίῳ Γάιος Κορνήλιος, ἀνὴρ εὐδόκιμος ἐπὶ μαντικῇ, Λιβίου τοῦ συγγραφέως πολίτης καὶ γνώριμος, ἐτύγχανεν ἐπ' οἰωνοῖς καθήμενος ἐκείνην τὴν ἡμέραν. καὶ πρῶτον μέν, ὡς Λίβιός φησι, τὸν καιρὸν ἔγνω τῆς μάχης καὶ πρὸς τοὺς παρόντας ἔφη ὅτι καὶ δὴ περαίνεται τὸ χρῆμα καὶ συνίασιν εἰς ἔργον οἱ ἄνδρες. αὖθις δὲ πρὸς τῇ θέᾳ γενόμενος καὶ τὰ σημεῖα κατιδὼν ἀνήλατο μετ' ἐνθουσιασμοῦ βοῶν· νικᾷς ὦ Καῖσαρ. ἐκπλαγέντων δὲ τῶν παρατυχόντων περιελὼν τὸν στέφανον ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἐνωμότως ἔφη, μὴ πρὶν ἐπιθήσεσθαι πάλιν ἢ τῇδε τῇ τέχνῃ μαρτυρῆσαι τὸ ἔργον. ταῦτα μὲν οὖν ὁ Λίβιος οὕτω γενέσθαι καταβεβαιοῦται.* ‖ 12 decem legionum *Schefferus:* decimae legionis *a* ‖ Gneo Cn. *scripsi:* Gn. *a* ‖

in sublime auolare. ipse adulescens Pompeius uictus et fugiens occisus.

67 [127] C. Caesare M. Antonio coss. Caesari dictatori exta sine corde inuenta. Calpurnia uxor somniauit fastigium domus, quod SC. erat adiectum, ruisse. nocte cum ualuae cubiculi clausae essent, sua sponte apertae sunt, ita ut lunae fulgore qui intro uenerat Calpurnia excitaretur. ipse Caesar uiginti tribus uulneribus in curia Pompeiana a coniuratis confossus.

68 [128] M. Antonio P. Dolabella coss. C. Octauius testamento Caesaris patris Brundisii se in Iuliam gentem adsciuit. cumque hora diei tertia ingenti circumfusa multitudine Romam intraret, sol puri ac sereni caeli orbe modico inclusus extremae lineae circulo, qualis tendi arcus in nubibus solet, eum circumscripsit. ludis Veneris Genetricis, quos pro collegio fecit, stella hora undecima crinita sub septentrionis sidere exorta conuertit omnium oculos. quod sidus quia ludis Veneris apparuit, diuo Iulio insigne capitis consecrari placuit. ipsi Caesari monstrosa malignitate Antonii consulis multa perpesso generosa fuit ad resistendum constantia. terrae motus crebri fuerunt. fulmine naualia pleraque tacta. turbinis ui simulacrum, quod M. Cicero plebiscito ante cellam Mineruae pridie quam in exilium iret posuerat, dissipatum membris pronum iacuit, fractis humeris bracchiis capite: dirum ipsi Ciceroni portendit. tabulae aeneae ex aede Fidei turbine euulsae. aedis Opis ualuae fractae. arbores radicitus et pleraque tecta euersa. fax caelo ad occidentem uisa ferri. stella per dies septem insignis arsit. soles tres fulserunt, circaque solem

5 SC *Freinshemius:* sicut *a* ‖ cubiculi *Schefferus:* cubili *a* ‖ 10 Dolabella *Stephanus:* Dolobella *a* ‖ 11 adseruit *Schefferus* ‖ 15 eum *Schefferus:* eam *a* ‖ 22 *puto* ac pleraque ‖ 23 plebiscito *ante* in exilium *ponit* *Schefferus* ‖

imum corona spiceae similis in orbem emicuit, et postea in unum circulum sole redacto multis mensibus languida lux fuit. in aede Castoris nominum literae quaedam Antonii et Dolabellae consulum excussae sunt, quibus utriusque alienatio a patria significata. canum ululatus nocte ante pontificis maximi domum [Lepidi] auditi, ex his maximus a ceteris laniatus turpem infamiam Lepido portendit. Ostiae grex piscium in sicco reciproco maris fluxu relictus. Padus inundauit et intra ripam refluens ingentem uiperarum uim reliquit. inter Caesarem et Antonium ciuilia bella exorta.

C. Pansa A. Hirtio coss. Caesari cum honores decreti es- 69
sent et imperium aduersus Antonium, immolanti duplicia [129]
exta apparuerunt. secutae sunt eum res prosperae. C. Pansae cos. statua equestris aenea domi corruit. equus phaleratus in ipsius conspectu festinans concidit. quidam e populo sanguine uictimarum prolapsus respersam cruore palmam proficiscenti dedit. funesta haec ipsi prodigia fuerunt. qui mox aduersus Antonium dimicans in mortem uulneratus est. armorum telorumque species a terra uisa cum fragore ad caelum ferri. signa legionis, quae relicta a Pansa ad urbis praesidium erat, ueluti longo situ inductis araneis † uenire uisa. fulmine pleraque icta. in castris Caesaris luce prima in culmine praetorii super linteum consedit aquila, inde circumuolantibus minoribus auibus excita de conspectu abiit. oraculo Apollinis uox audita 'lupis rabies hieme, aestate frumentum non demessum.' ueteranis Caesari consulatum flagitantibus terribilis tumultus Romae fuit. Caesar cum in campum Martium exercitum deduceret, sex uultures apparuerunt. conscendenti deinde rostra

1 spiceae *Schefferus:* spicae *a* ‖ orbem *Schefferus:* urbem *a* ‖ 4 utriusque *Oudendorpius:* utrisque *a* ‖ 6 *num* flebiles? ‖ 12 A. *add. Oudendorpius: om a* ‖ 14 Pansae — aenea *Oudendorpius:* Pansa — Antonii *a* ‖ 17 prolapsus *Schefferus:* prolapso *a* ‖ 19 quippe *Oudendorpius* ‖ 22 erat *Schefferus:* erant *a* ‖

creato consuli iterum sex uultures conspecti ueluti Romuli auspiciis nouam urbem condituro signum dederunt. reconciliatione inter Caesarem Antonium Lepidum facta foeda principum fuit proscriptio.

70 [130] M. Lepido Munatio Planco coss. mula Romae ad duodecim portas peperit. canis aeditui mortua a cane tracta. nocte lux ita fulsit, ut tamquam die orto ad opus surgeretur. in Mutinensi uictoriae Marianae signum meridiem spectans sua sponte conuersum in septentrionem hora quarta. cum haec uictimis expiarentur, soles tres circiter hora tertia diei uisi, mox in unum orbem contracti. Latinis in Albano monte cum sacrificaretur, ex humero ac pollice Iouis cruor manauit. per Cassium et Brutum in prouinciis direptionibus sociorum bella gesta. notatum est prodigii loco fuisse, quod P. Titius praetor propter dissensiones collegae magistratum abrogauit; et ante annum est mortuus. constat neminem, qui magistratum collegae abstulerat, annum uixisse. abrogauerunt autem hi. Lucius Iunius Brutus consul Tarquinio Collatino, Tib. Gracchus M. Octauio, C. Cinna [P. Tarquinius] P. Marullo, Tullius*. Bruto et Cassio pugnam aduersus Caesarem et Antonium molientibus in castris Cassii examen apium consedit. locus aruspicum iussu interclusus interius ducto uallo. uulturum et

5 L. Munatio *Oudendorpius* ‖ 7 nocte *add Schefferus: om a* ‖ 12 humero ac *Schefferus:* humo *a* ‖ 15 *Cassius Dio* XLVI, 49 *ὁ Κάσκας ὁ Πούπλιος ὁ Σερουίλιος ὁ δήμαρχος — τῆς ἀρχῆς — ἐπαύθη τοῦ πλήθους ὑπὸ Πουπλίου Τιτίου συνάρχοντος αὐτῷ ἀθροισθέντος. — ἐπειδή τε ὁ Τίτιος οὐκ ἐς μακρὰν ἐτελεύτησεν, ἐβεβαιώθη τὸ ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου τετηρημένον· οὐδεὶς γὰρ ἐς ἐκεῖνο τοῦ χρόνου συνάρχοντά τινα καταλύσας ἀπηνιαύτισεν, ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὁ Βροῦτος ἐπὶ τῇ τοῦ Κολλατίνου καταπαύσει ἐπαπέθανε, τοῦτο δὲ ὁ Γράκχος ἐπὶ τῇ τοῦ Οκταουίου καταλύσει ἀπεσφάγη, ὅ τε Κίννας ὁ τόν τε Μάρυλλον καὶ τὸν Φλαούιον ἀπαλλάξας οὐκ ἐς μακρὰν ἀπεφθάρη.* ‖ 19 Cn. Octauius L. Cinnae *inseri iussit Hertzius musei Rhenani nouissimi uol. II, p.* 479 *auctore Rubinone de re p. Rom. I, p.* 30 ‖ 20 C. Cinna *Schefferus:* Caecinnae *a* ‖ C. Cinna tr. pl. Marullo Flauioque *Rupertus epistola ad Reinesium* 68 *p.* 603 ‖ 22 *Florus* IIII, 7 'et signis insedit examen et adsuetae cadauerum pabulo uolucres castra quasi iam sua circumuolabant et in aciem prodeuntibus obuius Aethiops nimis aperte ferale signum fuit.' ‖

aliarum alitum, quibus strages cadauerum pabulo est, ingens uis exercitum aduolauit. puer in pompa Victoriae cultu cum ferretur, ferculo decidit. lustratione lictor peruersis fascibus lauream imposuit. Brutianis in proelium egredientibus Aethiops in porta occurrit, et a militibus confossus. Cassius et Brutus interierunt.

Caio Furnio Caio Silano coss. sub Appennino in uilla Li- 71
uiae uxoris Caesaris ingenti motu terra intremuit. fax cae- [131]
lestis a meridiano ad septentrionem extenta lucem diurnae similem nocte fecit. turris hortorum Caesaris ad portam Collinam de caelo tacta. insidiis Germanorum Romani circumuenti sub M. Lollio legato grauiter uexati.

Paulo Fabio Quinto Aelio coss. in Germania, in castris 72
Drusi examen apium in tabernaculo Hostilii Rufi praefecti [132]
castrorum consedit, ita ut funem praetendentem praefixamque tentorio lanceam amplecteretur. multitudo Romanorum per insidias subiecta est.

2 Victoriam Cassii cum ferret *Oudendorpius* ‖ 7 Silano *Oudendorpius:* Syllano *a* ‖ 9 lucem *Stephanus:* luci *a* ‖ 10 nocte *scripsi:* in nocte *a* ‖ 11 Germanorum Romani *Schefferus:* Romanorum Germani *a* ‖ 14 Rufi *Freinshemius:* Rutilii *a* ‖ 16 *num* Germanorum — subacta? *Plinius* XI, 17, 18 'sedere [apes] in castris Drusi imperatoris, cum prospere pugnatum apud Arbalonem est, haud quaquam perpetua aruspicum coniectura, qui dirum id ostentum existumant semper.' ‖

NOMINA PERIOCHARVM ET OBSEQVENTIS.